DE RECTA LATINI GRAECIQVE SERMONIS PRONVNTIATIONE DES. ERASMI ROTERODAMI DIALOGVS.

Eiusdem Dialogus cui titulus, CICERONIANVS, siue, De optimo genere dicendi. Cum alijs nonnullis, quorum nihil non est nouum.

PARISIIS
Ex officina Simonis Colinæi.
1528

VD16

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

GENEROSISSIMO ADOLESCEN
TI MAXIMILIANO ABVRGVN
DIA DES. ERASMVS ROT. S. D.

Vòd tãto affectu noſtras literas deſideraris MAXIMILIANE charissime, vehementer quidẽ grata mihi fuit amoris erga me tui teſtificatio, nec hac in re grauate morẽ geſſi tuæ volũtati. Nam licet obrutus verius q̃ occupatus negocijs, tamen epiſtolam αὐτόγραφον ad te miſeram, quòd facile coniectarem, eam ita tibi fore chariorẽ. Cęterum quòd interceptã ægrius tuleris, q̃ ſi quid earum rerum periſſet, quæ tibi maxime ſunt in delicijs, magnam, vt ingenue dicam, ex tuo dolore voluptatẽ

cæpi, non dubijs argumẽtis perſpi=
ciens, te quum in Annæ clariſſimæ
fœminæ auiæ tuæ, tum in ornatiſſi=
mi patris Adolphi principis Veria=
ni, nõ vulgarem affectũ, quẽ à tene=
ris vnguiculis in me conceptũ, con=
ſtãter, perpetuoq; retinuit, velut hæ
reditario iure ſuccedere. Verum vt
dolorẽ iſtum, quem tibi neſcio quo
rum inflixit perfidia, mea ciuilitate
leniã, pro epiſtola mitto libellũ. De
recta pronũciatione, quã hodie ma=
xima ex parte corruptã habemus in
Græcis iuxta ac Latinis. Hoc argu=
mentũ tibi dicare viſum eſt, non tan
tum eò, quòd ętati ſtudijſq; tuis vi=
deretur accõmodum, verum etiam
quod magnã exemplorum partẽ ex
Batauorum, Brabantorũ & Gallo=
rũ populari ſermone produximus,

quas linguas omnes tibi nõ incogni
tas esse sciebã. Vt autem materiam,
quoniam de rebus minutis subtili=
ter differit, per se minus amœnam,
aliqua voluptatis illecebra lenocinó=
que cõmẽdaremus, dialogo rem tra
ctauimus, subinde nõnihil aspergen
tes quod lectionis satietatem vel re=
creet, vel excludat. Porrò quanq̃ au
dio te Louanio in aulicã vitam auo=
cari, nihil eo rumore deterritus sum
à dedicationis instituto, sciens & in
aula, præsertim Cardinalicia, dari lo
cum studijs. Nam pietatis affectũ,
quẽ vnà cũ literis, ex Ioanne Borsa=
lo Decano Verensi, viro quũ egre=
gie docto, tum singulari morũ inte=
gritate sanctitatéq; prædito, iampri
dem hausisti, non oportet nec in au=
lis, nec in castris deponere. Ita fiet,

mi Maximiliane, vt & laudatiſſimũ Cæſarem, quem nomine refers, ornamẽtis exprimas, & clariſſimis maiorum tuorũ imaginibus, plurimũ decoris ac lucis apponas. poſtremo aulæ Cæſareæ, totiq; patriæ, nõ vulgarem adferas vtilitatem. Si libellus hic placebit, pro tuo candore cõmunicabis adoleſcẽti diuina indole prędito Maximiliano ab Iſelſtein, reliquiſq; ſodalibus tuis, quibuſcũ tibi nõ tã generis, opũ, aut dignitatis, q̃ eruditionis ac probitatis longe pulcherrimum certamen ſuſceptũ eſt. Bene vale. Datum Baſileæ, anno à Chriſto nato, M. D. XXVIII.

DES. ERASMI RŌTERODA. DE RECTA LATINI GRAEci q̄ sermonis pronunciatione Dialogus.

Personæ.

VRSVS, ET LEO.

VRSVS, Sit felix occursus, optime Leo, nam totos sex mẽses te nõ vidi. LEO. Istuc nõ temere precaris, Vrse, neq; enim quibuslibet bene cessit occurrisse Leoni. VRSVS. Næ venuste, Leo, Imò ne Vrso quidẽ. LEO. Istuc sanè malo tibi credere q̄ facere periculum, tametsi legimus Leonẽ inter bestias fortissimũ ad nullius occursum expauescere. Cæterũ diuinæ literæ testantur esse formidabilẽ occursum Vrsæ, cui sint erepti catuli. VRS. Quæso quid loquuntur de Vrsa? LEO. Liber Regnorum secundus sic habet, Viros fortissimos & amaro animo, veluti si vrsa raptis catulis in sylua sęuiat. VRS. Quid pręterea? LEO. Solomon parœmiographus hunc in modum loquitur, Expedit magis occurrere vrsæ, raptis fœtib⁹, q̄ stulto confidenti. Et apud Osee prophetam ita minitatur Deus, Occurrã eis quasi vrsa raptis catulis. VRS. Sit igitur impauidus Leo,

q̃uũ beſtia beſtijs occurrit. Nã ſi qua fides apo logis, Leo beſtia faſſus eſt formidabilẽ hominis occurſum. Nunc ſeculũ eſt aureũ, quo Leonis Vrſo, Vrſi Leoni lętus ac fauſtus eſt occurſus. Oportune vero catulorũ facta mentione mihi redigis in memoriã, ego tibi magnopere gratulor. LEO. Quo tãdẽ nomine? VRS. Quòd tibi catulus domi natus eſt. LEO. Hoc omen auertant ſuperi, vt mihi catulus dominetur. VRS. Aio dómi nâtum, audis accentũ acutũ in priore voce, in poſteriore circũflexũ. LEO. At iſtud magis etiam abominandum. An tibi videor canis? VRS. Minime, Leonem eſſe te non potes inficiari. Habent autem & Leones catulos. LEO. Habent profecto, verũ habent & Vrſi. VRS. Vera prædicas. Nam Vrſula mea parit mihi plures catulos & catulas q̃ velim. LEO. Quot tãdem? VRS. Quot? Examẽ eſt, iam pridem deſij numerare. LEO. Quur igitur mihi gratularis, quod in te ipſo deploras? VRS. Quia ſoles frequẽter optare, vt tua Leæna pareret tibi leunculũ: Nũc habes optata. Nos votorum compoti gratulamur. LEO. At hic leunculus me iam nunc ſolicitum habet. VRS. Quid eſt rei? Num puer habet male? LEO. Nequaq̃, Sed meditor efficere, vt vere catulus hominis videri poſſit. VRS. Num forma prodigioſa fœtus eſt? LEO. Nequaq̃. Imò ſi videas dicas ſcitum infantẽ. At forma non facit hominẽ, quam habemus cõmunem, cũ ſtatuis. Animo ſumus, vel homines, vel be-

stiæ. VRS. Vnde quæso isthæc incessit animo tuo cura? LEO. Quia Galenus me docuit, hominem à cæteris animantibus, quæ vocamus ἄλογα, discerni non ratione, sed oratione. VRS. Intelligo, metuis ne tuus infans, semper sit infans. LEO. Nequaquàm. Videtur enim satis linguax futurus, adeo nũc garrit, nimirum matrẽ referens. VRS. Quid igitur metuis? LEO. Quia video cõplures non humana voce loqui, sed latrare cũ canibus, hinnire cũ equis, grunnire cum suib⁹, mugire cum bubus, gannire cum vulpibus, stridere cũ cicadis, blaterare cum camelis, barrire cũ elephãtis, frendere cũ apris, fremere cum pardis, gemere cum vrsis, rudere cum asinis, balare cũ ouibus, strepere cum anseribus, garrire cũ picis, cornicari cũ cornicibus, crocitare cũ coruis, crepitare cum ciconijs, sibilare cũ anseribus: deniq; quoduis animal referre potius q̃ humano more loqui. VRS. Næ tu, per anserem, voces animantiũ probe tenes, nec prorsus abhorrent à vero quę prædicas. LEO. Ad hæc perspicio, quantopere recta pronuntiatio cõmẽdet orationẽ, adeo vt interdum duobus eadem lingua pronũtiantibus, alter veluti citharœdus quispiam modulatissime canens, aures omnium habeat intentas, alter molesto tratu tædium moueat omnib⁹, nec alia videatur pronuntiatio, sed alia prorsus oratio, imò quiduis potius q̃ oratio. VRS. Quod dicis sæpenumero cõperi experimẽto. Sed tu mi Leo,

prępropere curã istã susciꝑis. Tuus enim infans nondũ vagire desiit, & tu solicit⁹ es quomodo loquatur? LEO. Ego nullã ætatẽ ad discendũ arbitror immaturam, præsertim in his quib⁹ discẽdis statim natura cõposuit, &, vt ita loquar, finxit hominem. Quorum de numero cum primis sermo est. Nec enim magno negocio canum fœtus discunt adulari, aut leporẽ cursu petere. Mox vt natæ sunt simiæ incipiunt gesticulari, protinus vt nati sunt aquilę pulli, ad prædam gestiũt, & fesium catuli muribus insidiantur, equorum filij statim ad cursum properant, vt aues ad volatum: non perinde succesſura re, si boui clitellas imponas, aut bubalum ducas ad certamen equestre. Prouida natura primum earum rerum docilitatem inserit, quę cuique animanti propriæ sunt, & ad vitam tuendam necessariæ. Dum enim repit puer, dum nihil humanæ vocis ædit, quadrupedi videtur adsimilis, nec agnoscimus hominem. Verũ vbi iam nostra verba meditari cœperit, tum demum vt ex nobis prognatum exosculamur. Et videmus in pueris recens natis, velut in psitacis, studium quoddam natiuum, ac voluptatem etiam æmulandi, reddendi'que quod audierint tanta docilitate, vt prius auribus agnoscant consuetas voces, quàm oculis dinoscant vultus. VRS. Istuc ego in meis catulis magna cũ voluptate frequenter animaduerti, risi'q;. LEO. Præterea nihil videmus in omnem ætatem hærere tenacius, quàm quod

rudibus illis annis,& cum lacte,quod dici so-
let,nutricum imbibimus. VRS. Sic est profe-
cto. LEO. Proinde si cura fingimus tibias in-
fantum ad gressum,si buccas,os,faciem ac re-
liquum corpus vincturis quasi formamus ad
decorem,oculis etiam studio prospicientes,ne
peti,strabi've,aut alio quopiam vitio deformes
euadant, quanto magis curandum est, vt lin-
gua studio nostro formetur , quum non aliud
membrum sit volubilius,& in omnia sequaci-
us, tum ex hoc pendeat totius hominis decor
ac felicitas,in summa, vt homo sit non belua.
VRS. Id satis declarauit noster ERASMVS,
qui nuper De lingua hominis linguacissime
scripsit. LEO. Proinde iam nunc circunspe-
cto,si quem nãcisci queam bonum poetã, cui
mox catulum meum,dum adhuc vda est argil
la,tradã in sinum, vt fari discat. VRS. Quor-
sum tandem opus est poeta,nisi forte compo-
tationem instituis , ad quam si non adhibebis
nisi bonos poetas , habebis admodum rarum
conuiuium? LEO. Equidem sequor monitorẽ
Horatium apud quem legi,

Os tenerum pueri,balbũmq; poeta figurat.

VRS. Possunt quidem & istuc boni poetæ,ve
rum Horatius, opinor, non adeo contempsit
poetas,vt eos infantulis erudiendis vellet occu
pari,quod literatorum & grammatistarum est
munus . Sed quoniam poetarum scripta pri-
mum omnium ætati rudi proponebantur,vn-
de ceu per lusum & lectionem & pronuncia-

tionem & electissima quæque rerum vocabula discerent, sic à poeta dixit, os pueri figurari, quemadmodum Demosthenes diceretur me Græce docere, si quis Græce peritus mihi Demosthenem prælegeret. LEO. Hic tecum nõ contendero. Nam parui refert. Quanquam arbitror Philippum regem sapuisse, quum Alexandrum suum statim, vt natus est, tanto Philosopho traderet in gremium. Bonum igitur grammaticum mihi quęro. VRS. Nec isti minus rari sunt hodie q̃ boni poetæ. LEO. Ridiculum, quasi grammaticorũ nõ plena sint omnia. VRS. Πολλοὶ βουκέντται, παῦροι δέ τε γῆς ἀροτῆρες. LEO. Imò tam vilis est vbique grammaticorum annona, vt tres minoris liceant, quàm vnus cantherio. VRS. Rursus audies illud è Græcorum triuijs, πολλοί τοι ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι, nisi forte tu grãmaticum esse putas, qui salutatus latine citra solœcismum norit resalutare, nec in numero peccãs, nec in casu, nec in genere vocis. LEO. Hoc nunc vulgo putant esse grammaticum. VRS, Atqui Quintilianus præter illas notissimas pręceptiones à grammatico exigit enarrationem poetarum, cognitionem historiarũ, peritiam antiquitatis, scientiam vtriusque linguæ, copiam emendati lectiq̃ sermonis. Super hæc omnia, non satis est illi grammatice dicere, nisi & latine dicat, quorum illud è præceptionibus & analogijs petitur, hoc ex latine loquentium consuetudine. LEO. Eadem ope-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ra exiget à grammatico cognitionem omnium disciplinarum, quandoquidem in poetis frequẽter incidunt, quæ ad musices, geometrices, arithmetices, astrologiæ, medicinæ mysteria pertinent: adde his si libet magicen. Nam absq; rerũ naturaliũ & cosmographiæ sciẽtia, quis est locus in poetis, quẽ recte possit exponere grãmaticus? VRS. Vt ciuiliter agas cũ grammatico, nec exigas exquisitã harum rerum scientiam, certe rudem earum non oportet esse, quem dignum censeas cui pueritiam credas instituendam. Nec enim quoniã grammatici est enarrare Arma virúmq; , protinus exigemus vt sit Pyrrhus, aut Hannibal: aut quoniam enarranda Maronis Georgica, sit peritus agricola: aut quoniam exponẽda Aeneæ nauigatio, sit absolutus nauclerus, non magis quàm si tractet locum de re culinaria, flagitabimus vt sit Apitius. Attamen quid dicet grammaticus, qui prorsus nescit telorum machinarúmq; formas & vsus, qui non intelligit figuras in ordinem digesti exercitus? His quidem rebus interfuisse, non parum contulerit: id si non contigit, ex libris authorũ, ex eorum qui interfuerunt narratione, ex picturis, quantum grãmatico satis est, discere licebit. Ad eandem rationem de cæteris sentiendum arbitror.

LEO. Istud grammaticorum genus fortassis olim fuit, nunc obsoleuit. VRS. Prorsus, & ideo liberi nostri posteaquam apud istos penè consenuerunt, tales redeunt nobis domum, vt

vix arboris, aut piſcis, aut herbæ verum nomen poſſint ædere. Verum ſi ſeria nobis eſſet reip. cura, nihil vetat quo minus & hæc ſecula ſint habitura Seruios, Donatos, Victorinos, Terentianos, Aſperos, Cornutos, celebriora nomina, quàm ſint aliquot Cæſarũ. nunc grãmatici cognomẽ penè ſordidius eſt quàm pellionis aut aurigæ. VRS. De reliquis neſcio, certe Aſperos & Cornutos non deeſſe ſcio. Et tamen ex huius diſciplinæ neglectu ſcatet orbi tam pudenda diſciplinarum & optimorum authorum internecio, támq; fœda balbuties. LEO. Ad quos iſta cura pertinet? VRS. Ad quos? niſi ad principes ac magiſtratus, aut certe ad præſules? LEO. Quam aliam ab his curam exigis? Nónne paſſim habẽt ludos literarios? Nónne magnis prærogatiuis & immunitatibus principes ornant academias, deſignatis etiam iuſtis ſalarijs? Lutetiæ quot ſunt collegia pueris erudiendis dicata? Iſta præſulum eſt liberalitas. Fuiſti'ne vnquam apud Anglos? VRS. Inſulã omnem luſtraui. LEO. Quàm illic vides regias collegiorũ ſtructuras, nec deſunt ampli cenſus prouocandis, alendisq; iuuenum ingenijs. Iſta principum ac præſulum eſt munificẽtia. Quid vltra flagitas? An expectas vt ipſi ſedeant in ludo docturi pueros? VRS. Nequaquã, etiamſi ſummum illum præſulem Gregorium non puduit ludimagiſtrum agere. Duo quędam ab illis requiro, delectum magiſtri, & præmij pro merito docẽtis moderatio-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nem. LEO. Non satis assequor quid tibi velis. VRS. Dicã crassiore Minerua. Ad huius aut illius commendationem quemuis ludo præficimus, ferè indoctum, interdum & moribus improbis, non huc spectantes, vt rei charissimæ, ciuium liberis omnibus consulamus, sed vt vnius famelici ventri prospiciamus, accuratius circunspicientes cui committamus vnum equum, aut canem venatorem, quàm cui credamus totius ciuitatis pignora. LEO. Haud multum aberras à scopo. VRS. Iam si quem nacti fuerimus dignum ea prouincia, nulla habetur hominis ratio, neq; pilo fit pluris quàm quiuis alius è plebe. Imò malunt bellum compotorem, quàm vigilantem pueritiæ formatorem. LEO. Quid hic tu factur⁹ sis, si tibi delegemus magistratum? VRS. Vtinam delegetur. LEO. Creamus te Musis fauentibus studiorum dictatorem, cura ne quid Resp. literaria capiat detrimenti. VRS. Primum ex omni ciuium numero deligam mihi virum ætatis non quidem decrepitæ, sed tamen prouectæ, vigilantem, industrium, bonæq; fidei, qui maximam ætatis partem in hoc literarum genere non infeliciter transegerit. LEO. Quid si talem inter tuos non inuenias? VRS. Accersam vel à Gadibus, vt aiunt. huic non præscribam certum salarij modum, verum ea formula paciscar cum eo, qua conuiuator ille, cuius meminit Aristoteles, cum citharœdo, sed fide meliore, quo diligẽtius fideliúsq; docueris, hoc plus

feres à nobis præmij. Si fefelleris expectatio-
nem noſtram, teipſum magis quàm nos fefelle
ris. Sin reſponderis, efficiam vt dicas tibi cum
Rep. nequaquã ingrata rem eſſe. Sin, quod op
tamus, etiã ſuperaris, non patiemur, quod qui-
dem in nobis erit, noſtram benignitatem offi-
cijs tuis ſuperari. Ad hoc certamen accingere
bonis auibus. LEO. Quis iſtũ deliget? VRS.
Quis alius quàm ego dictator? LEO. Verum
de arte negant recte iudicare quenq̃ niſi artifi-
cẽ. VRS. Fateor. LEO. At quid faciet dicta-
tor ipſe literarũ rudis, vt ferè ſunt qui magi-
ſtratum gerũt? VRS. Ex eruditorum ſuffra-
gijs rem gerã. LEO. Atqui hic rurſus fallet
delectus, ſi vel imperitus ſit, vel praue doctus,
vel malæ fidei, is cuius iudicio niteris. VRS.
Eum deligam quẽ fama potiſſimũ commenda-
rit. LEO. Famã mihi narras? At pauciſſimis,
ô bone, tutũ fuit famæ credere. VRS. Colli-
gerem eruditorum puncta. LEO. Eódem re
labitur quæſtio. Quid ſi pro eruditis deligas
eruditionis oſtentatores, quid ſi impoſtores,
quid ſi ſiniſtri iudicij homines? Noſti palliatos
iſtos ſine quibus nihil rerum geritur. Impro-
bitas, fuci, præſtigiæ, quæſtus omnia vitiãs, fa-
ciunt vt delectus ſit difficillimus. VRS. Veris
vincor, optarim te vana loqui. LEO. Sed vt
feliciter eligas, & in his quos ſelegeris ſint ali-
quot vere docti, vtri parti ſubſcribes varianti-
bus ſentẽtijs? VRS. Maiori. LEO. Sed nunq̃
ea fuit, aut eſt, aut erit felicitas rerum humana-

rum,vt quod optimũ eſt,plurib⁹ approbetur.
VRS. Non mentiuntur omnia. Et vir qui ſa-
pit,quiq̃,vt Plautus ait,acetũ habet in pecto-
re,ex multis coniecturis aliquãto certius diui-
nat,q̃ quiuis augur,aut aruſpex ex auib⁹ pre-
petibus & oſcinibus , aut ſoliſtimis tripudijs,
aut extorum fibris. poſtremo in re tam ſeria,
non grauabor comprecari diuos,vt ſuo fauo-
re rem bene fortunent. LEO. Caſſianũ opi-
nor. VRS. Imò Chriſtum ipſum.Nec enim
illorum curam poſuit,opinor,quos ſemel cõ-
plexu ſuo dignat⁹,iuſſit ad ſe perferri, beneq̃
precatus eſt illis:qui quod precatur,idem pre-
ſtare valet.LEO. Sed quas tandem cõiecturas
mihi narras augur & aruſpex? VRS. Exquirã
num bonis prognatus,num liberaliter educa-
tus, num proborum cõuictu delectetur,num
ipſe probatis hominib⁹ charus ſit & amicus,
num magis delectetur libris,quam cõpotatio-
nibus,aleave,obſeruabo mores, geſtũ ac ſer-
monem hominis, an neq̃ ſegni demiſſoq̃ ſit
ingenio, neq̃ rurſus iracundo ac iactabundo.
Deniq̃ contẽplabor vultum,frontẽ & oculos
hominis . LEO. Iam ex augure fies phyſio-
gnomus. VRS. Diſpiciam quales euaſerint,
quos ille formandos ſuſceperat. LEO. Homi
nis cordati ſermonẽ audio. Nemo ſtatuam fa-
ciendam locat artifici, niſi prius inſpectis ali-
quot ſignis,quæ ex illius officina prodierint,
& citra ſpecimen omne liberos formandos te-
mere cuiuis cõmittimus,diligentiores in ære

marmoréve credẽdo,q̃ in his quę nobis chaʒ
riora ſunt,quàm ſumus ipſi nobis. VRS. Reʒ
ctè dicis. Ex tot igitur rebus an dubitas homiʒ
nem non omnino ſtultum,& vſu rerum edoʒ
ctum,poſſe certo diuinare? LEO. Certius,opi
nor,quàm ipſe Calchas Homericus. Verũ in
re non magna videberis magnã operã ſumeʒ
re: ſic literatorem deligens,quaſi deligas præʒ
ſulem. VRS. Aliud ſonant chordæ tui pectoʒ
ris,vir egregie, aliud linguæ plectrum. An tu
credis minus referre ciuitatis,vt ſit probꝰ puʒ
eritiæ formator , q̃ vt ſit probus Epiſcopus?
Eadem eſt vtriuſqꝫ functio, niſi quòd hic finʒ
git ætatem tenerã, ille adultam,atqꝫ vt par ſit
ars,literatoris operoſius eſt negociũ,& ob hoc
vtilius, quòd materiẽ fingit magis obſequenʒ
tem digitis. LEO. Quid igitur ſupereſt, niſi
vt grammaticũ ijſdem ornes inſignijs,quibus
Epiſcopum,vnctione,chirothecis,mitra, gemʒ
mis,pedo, pallio? VRS. Nihil abſurdi fuerit,
ô vir præclare,vtcũqꝫ rides. Quanq̃ quid reʒ
fert? Habet ille pro pedo ferulam,&, ſi magis
placet regalis collatio, habet pro ſolio catheʒ
dram,pro faſcibus & ſceptro virgã & ferulã.
LEO. Adde pro ſatellitio pediculos. VRS. Leʒ
ges figit ac refigit pro ſuo arbitratu , pœnas
ſumit ac remittit,&, quod eſt regali poteſtate
ſublimius,perpetuã agit dictaturã. Nam illis
dictare quotidianũ eſt. LEO. Dictant nimirũ
vſqꝫ ad rauim interdũ, capitisqꝫ vertiginem.
Sed extra iocũ , planè fateor nihil eſſe regno

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

similius, q̃ agere ludi literarij magistrũ. Nec aliud spectabat Nero, si contigisset excuti regno, nisi vt alicubi ludo præfectus musicã docet & literas, Nec moriturus aliud deplorabat, q̃ quôd tantus artifex periret. Nec Dionysius sibi videbatur prorsus regno spoliat⁹, posteaq̃ Corinthi ludi præfecturam esset adeptus. VRS. Vtinã pleriq; non sint tyranno similiores q̃ regi. LEO. Habes igitur grammaticũ ex animi tui sententia: libet enim hoc fingere. Quo modo tractas hominem? VRS. Non sinam esse inter sordidos, sed optimis & honoratissimis quibusq; ciuibus eũ tradam, vt intelligat se viuere in ciuitate, in qua virtuti rectèq; factis habeatur honos. Nec tamen ad aliud munus vocari patiar, q̃ susceperit. Sola ętas ingraueſcẽs impetrabit illi rudẽ, sic tamen vt fruatur, sua virtute, & consilijs adsit, si minus queat opera. Currẽti adhibebo antagonisten, qui citra contentionis amarulentiã vicissim & excitetur & excitet. LEO. Quid si gaudeat cõmutare locũ, vt ferè est hoc hominũ genus? VRS. Alligabo catenis aureis. LEO. Tui collegæ nõ patientur tanti cõstare ludimagistrũ. VRS. Verũ tu videris oblit⁹, quòd mihi paulo ante tradideris dictaturã. LEO. Sic est profecto. Exciderat, sed reddo dictaturã. VRS. Imò, si vis, iã pono magistratũ, & collegis meis persuasur⁹ sum, vt alibi potius q̃ hic sint frugales. LEO. Quib⁹ rationibus id efficies? VRS. Primum ostendã ex hoc fonte potissimũ manare

ſalutẽ aut perniciem ciuitatis. Cõmemorabo quantũ ex ęrario depromatur in res penè nihili. LEO. Omitti poterat iſtud penè. VRS. Ad hæc, quot Canonicos alit vna nõnunq; eccleſia, quorũ ſinguli quotannis capiũt aureos quadringentos? LEO. Et eo amplio apud nos. VRS. Non hæc eô dico quòd illis inuideam. Dignos arbitror vberioribus præmijs, ſi ſuo fungãtur officio. Sed illud mihi dicas, velim, vter plus adfert momẽti ad cõmoda reip. vnus Canonicus, an vnus ludimagiſter? LEO. Ludimagiſter ſi modo probus ſit, plus adfert vtilitatis, q̃ tres Canonici, q̃libet in templi ſtationibus aſſidui. VRS. Quur igitur alter clarus, alter ſordidus habetur: alter cũ dignitate capit cenſus vberes, alter vix tãtum vt famem effugiat? LEO. Vis igitur, vt ludimagiſtro duplũ & dignitatis & cẽſus decernamus? VRS. Minime. LEO. At promeretur plus q̃ trium. VRS. Dignitas ac præmiũ paratũ digno pariter atq; indigno, inuitaret improbos ad prædam, quemadmodum nũc contemptus & mercedis exiguitas alienat probos. LEO. Quid ergo facies? VRS. Ego hæc nolim muneri cõiuncta eſſe, ſed meritis & officio tribui ac diſpenſari verius q̃ dari. LEO. Perdifficilis eſt prouincia, & ad ocium procliues ſumus omnes. VRS. Eoq; crebris adhortationib⁹ ac munuſculis excitarẽ hominis induſtriam, nec omnino cõmitterẽ eam prouinciã, niſi diligẽter edocto, q̃ arduũ munus ſuſciperet. Quin

& ſanctiſſimo iureiurãdo adigerem, quemad-modum olim magiſtratus tradebatur conſuli-bus, preirem formula, Deuoueo me meóſque omnes, ſi quid ſciens fefellero. LEO. Adiũge & Iouem lapidem. VRS. Quid ni? Et ſi quid hoc etiã firmius. LEO. Quid ſi incidiſſes in impoſtorẽ? VRS. Eũ è ſuis ornarẽ virtutib⁹, vt ne quis alius facile ſciens idem auderet in poſterum. LEO. At noui ciuitates nõ in po-ſtremis celebres, vbi cõducti profeſſores inſi-gniter eruditi, nõ inueniũt qui vel gratis au-dire dignẽtur. VRS. Ignauũ hominũ genus mihi narras, quod nuper ſub vmbra pietatis cœpit exoriri. hos ego veluti fucos ab alueari-bus abigerẽ. Quãq̃ & huius rei bona pars in profeſſoribus ſita eſt. Nõ enim minus eſt ac-cendere ſtudiũ adoleſcentis, quàm alere. Facile multa diſcit, qui diſcẽdi eſt auidus. Proinde nõ parum promouit, qui docuit amare literas.
LEO. Iſtiuſmodi doctorem optare procliuius eſt, q̃ nãciſci. VRS. Veriſſima prædicas, atq̃ iſtud ipſum frequenter apud me demirari ſo-leo. Multos incitat pietas, vt ex vltimis terræ finibus proficiſcantur Hieroſolymã, magno rerum diſpendio, nonnullo item vitæ pericu-lo, quidam nudis pedibus, nonnulli etiam lo-rica cilicióve cutem affricantes Romam aut Compoſtellam adeunt. Multis hic inceſſit af-fectus, vt relictis omnibus, quæ poſſident, de-dant ſemet in arctiſſimum vitæ genus, puta Cartuſianorum, Guilhelmitarũ, aut Brigiden-

sium. Nec defuerũt qui sese in spelunca abdiderint, nunq̃ inter homines prodituri, nec solem hunc cõmunẽ aspecturi. Ex tot hominum millibus mirum est tot seculis neminem existere, qui gratis suoq; sumptu pueros formãdos suscipiat. Si labor quæritur, hic laboris abunde est. Sin vtilitas, quibus obsecro modis queas vberiorẽ vtilitatẽ adferre rei Christianæ? Sin pietas, quod tandẽ sacrificiũ deo gratius offferre possis? Si benefacta metimur charitate, quid cõfert proximo, si Compostellam, Romam, aut Hierosolymã curras? Eos labores arbitror deo gratissimos, qui cũ plurimotum vtilitate cõiuncti sunt. Hi quũ nusquam desint, quid attinet alios accersere, qui, si quid conducunt, vni conducũt, aut certe paucis, & his ad quæstum verius quàm ad pietatem? Reperiũtur qui suas opes largiter effundant extruendis templis. Fateor pium esse sumptum. Verum ex tot millibus demiror adeo paucos exoriri, quos iuuet hic esse benignos. LEO. Satis feliciter ageretur cũ rebus humanis, si vel precio conduci queant. VRS. Quid causæ? LEO. Quid, nisi plerisq; in rebus præpostera cæcaq; mortaliũ iudicia? VRS. An his nõ putas esse medẽdũ? LEO. Medere mari, si potes, vt dulcescat. Sic sunt res & ingenia mortaliũ. VRS. Huc certe adnitendũ, vt minus habeant mali, si, vt bene, perfici nõ potest. LEO. Licet quidẽ optare? VRS. Quid vetat, quo minꝰ & efficere? LEO. Nihil facilиꝰ, modo queas effice-

re,vt ſapiãt homines. Nũc maxima pars mor talium amat falli:adeo vt ſi deſit qui id faciat, ipſi imponant ſibi. VRS. Nimiũ vera loque ris. LEO. Quin & illud obſeruatũ eſt mihi, vix vnquã vſu venire, vt fidelis pueritiæ for mator operæprecium ferat ex ſuis diſcipulis, quũ norim multos pueritiæ corruptores, hoc eſt,qui non minus male ſtudijs illorũ proſpe xerint,quàm moribus, hoc quæſtu magnifice locupletatos. Sanè id fato quodã fit,ſiue æta tis illius inſcitia,ſiue ingratitudine,vt iam nõ temere videatur Græcorũ prouerbio dici,Be neficiũ non eſſe cõferendũ,nec in puerũ, nec in ſenem:in hunc quia perit anteq̃ gratiæ re ferendæ detur oportunitas,in illum, quia nõ meminit.addendũ autẽ erat,quia non intelli git: & ſi intelligit, odit hoc beneficij genus. VRS. Ætas adferre ſolet iudiciũ. LEO. Fa teor,in nonnullis,in pleriſq; malitiam adfert. VRS. Sic eſt, ſed tamẽ nõnullis in tractanda ætate tenera deeſt dexteritas. Non enim ſatis eſt præceptorẽ eſſe doctum ac probũ virum: comitas quædam & cõmoditas adſit oportet, qua & ferat ætatis,quam tractat, inſcitiam, & ſemet ad illius naturã accõmodet,nutricũ vi delicet exemplo. Quemadmodũ medico non ſatis eſt noſſe, quod pharmaci genus ſit præ ſcribendũ, niſi ſit artifex adminiſtrãdi. Nã & fallendus interdum eſt ægrotus, vt beneficiũ imprudens accipiat. LEO. Vnde tanta rerũ humanarum infelicitas? Pueri nec ſentiunt

beneficium,nec meminerunt,Iuuenes non ferunt habenas,ſenes non referunt gratiam. Et aiunt, quod mulieri benefeceris, ferè perire. VR S. Vnde? niſi vt Chriſtianæ charitati nuſq̃ deeſſet exercẽdæ benignitatis materia. Quæ ſi deſit,nihil effecerit humana prouidẽtia. Quin potius ſępenumero fit,vt quę ſunt ſumma cura ſummáq; ratione cõſtituta vergant in partẽ deterrimã. Quod enim ad ſcholas attinet,nihil olim videtur prætermiſſum,quod hominis cõſilio proſpici quiret. Inſtitutæ ſunt ſcholæ, quas ob omniũ diſciplinarũ publicã profeſſionem vulgus appellat Vniuerſitates. In has & Romani Pontifices,& principes contulerunt quicquid potuerunt vel dignitatis,vel munificentiæ. extructa collegia, digeſtæ diſciplinæ, deſignati profeſſores, addita ſalaria, diſtincti incipientium,proficientium, cõſummatorum gradus,honores,& emolumenta. Proſpectum eſt & tenuibus,qui illic pleriq; diteſcũt. Habẽt rectorem, ſceptrigeros, cancellarios,conſeruatores,decanos,aliósq; magiſtratus. Quid quæris? Regnum quoddam eſſe dicas literarium. Iam de minoribus ſcholis non ſegnius eſt habita cura. Harum cura bifariam partita eſt, vt præcipua ſit penes ſacerdotum collegium, altera penes magiſtratum. additus eſt peculiaris huius negocij præfectus, quem Scholaſterem vocant, ſub hoc ludimagiſtri. Et tamen tam ſolicita prouidentia non potuit efficere, quo minus in omnibus ferè ſcholis ſeculis ali-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quot regnarit operosa barbaries. Proinde Ioannes Coletus, vir æterna dignus memoria, quum templo diui Pauli scholam puerilẽ addidisset, nulla cura magis torquebatur, quàm in quos eius rei præfecturam delegaret. Episcopi iudicant hanc rem indignã sua sollicitudine. Scholasteres censibus recipiendis se potius quàm scholæ curãdæ datos arbitrãtur, & pulchre sibi videntur suo functi officio, si ludimagistros non deciment. In collegijs Canonicorum ferè semper deterior pars superat. Magistratus vel iudicio carent, vel indulgent priuatis affectibus. LEO. Quid tandẽ consilij reperit? VRS. Hominẽ coniugatũ, & liberis diuitẽ scholæ præfecit. Prouisionẽ delegauit aliquot è ciuibus laicis, quorũ probitatem habere sibi videbatur exploratã, vt ab his in hæredes proximos deriuaretur. LEO. Num ea prouidẽtia securum reddidit? VRS. Minime. Sed hic aiebat sibi videri minimũ esse periculi, vt tum habebant res humanæ. LEO. Vnde nunq̃ illorũ iudicio potui subscribere, qui vitijs hominũ offensi, protinus tollendum censent quod institutũ est, veluti monasteria quidã censent abolẽda, quòd in quibusdã collapsa sit vera religio: præsulũ & Canonicorũ ordinem postulãt abrogari, quòd nonnulli secus quàm decet viuant. Idem decernũt de ludis & pædagogijs, quia displicet quorundã institutio, quasi statim quod in horũ locũ fuerit substitutũ, aut carituru sit omni crimine, aut

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in vitium non facile possit degenerare. Quanto satius est id, quod recte fuit institutũ, sarcire, ad quædã interim conniuẽtes, id quod eo facilius erit, si reputemus rerum humanarum conditionẽ, in quibus vt sint prosperrimæ, nihil est ab omni parte beatũ, semper erit quod desideres, quod sarcias, quod instaures. LEO. Est igitur aliquid perspicere fontes vnde scatet malum, deinde qua ratione liceat mederi. VRS. Ne recedamus ab instituto, huius mali præcipua pars mihi videtur oriri ex publicis scholis, quas ambitioso vocabulo, vt dixi, nunc appellãt Vniuersitates, quasi nihil absit bonæ disciplinæ, tum ex monasterijs, præsertim ijs, in quibus instituũtur ad doctrinã Euangelicã, quod genus sunt Dominicanorũ & Franciscanorum & Augustinensiũ. In his enim adolescentes vix trimestri studio grãmaticæ dato, protinus rapiũtur ad sophisticen, dialecticen, suppositiones, ampliationes, restrictiones, expositiones, resolutiones, ad gryphos & quæstionũ labyrinthos, hinc in adyta Theologię. Tales, vbi ventũ est ad eos authores, qui vtriusq; linguæ facũdia præcelluerũt, Deum immortalẽ, vt cæcutiũt, vt delirãt, vt sibi vidẽtur in alio prorsus esse mundo. Quoniã autem semel sumpto leonis exuuio pudet inscitiã fateri, simul autẽ & pudet & piget neglecta discere, bellum indicunt rectioribus studijs, & horum professores odio plus quàm Vatiniano persequũtur. LEO. Istiusmodi multos nimiũ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cognitos habeo. VRS. Parentibus imperitis instillant in aurem, ne sinant liberos suos friuolis studijs ætatẽ perdere, persuadẽtes in his & bonis moribus, & Christianæ fidei, subesse naufragia. LEO. Nihil fingis. VRS. Iam in collegijs, siue pædagogijs quibusdã magna in hac re cessatio est. LEO. Qui sic? VRS. Si nõ reciperẽt nisi iam grãmaticæ rei peritos, nec aliud profiterẽtur quàm philosophiæ discipli-nas, & eruditiores nobis darẽt, & ipsi minus haberẽt negocij. LEO. Verũ, sed & compendij minus. VRS. Rem acu tetigisti. Nunc quo quæstus sit vberior, quamlibet elemẽtarios ac propemodũ ἀναλφαβήτους recipiũt. Tolerari poterat hoc, si digestis ordinib9 & classibus, in singulas artifices idoneos præficerent, tum huic disciplinæ, cui veluti fundamẽto nitũtur omnes, iustam curam, iustumq; tempus darẽt. Nunc sophisticis argutationibus plus æquo datur, & hæc disciplina, qua nõ alia magis necessaria, velut obiter & in trãscursu gustatur verius quàm discitur. Moxq; pueri rapiũtur ad titulos honoratiores, vnde magistris plusculũ accedit lucri. LEO. Ita nimirũ fit, vt qui plus æquo properãt in initio, serius perueniãt quò volũt. VRS. Nec huic professioni suus habetur honos, quẽadmodũ cæteris. Alijs enim honoris causa titulus additur à baculo, alijs â licentia, alij salutantur magistri artium, doctores medicinæ, doctores iuris Cæsarei, doctores iuris Pontificij, doctores vtriusq;, tradũtur

insignia,prærogatiuæ, dignitas. At gramma-
ticus nihil aliud est quàm grammaticus,quem
admodum calcearius nihil aliud est quàm cal
cearius. LEO. Quos tu credis à baculo cogno
men habere,equidem accepi à bacca lauri di-
ctos. VRS. Si res hęc tibi curę est,dicã quod ex
quodã hierophanta seu mystagogo talium re-
rum didici. LEO. Percupio. VRS. Is attulit
triplicem huius cognominis etymologiã,mea
sententia non absurdam. A baculo,inquiebat,
dicuntur bacularij,vel quòd adhuc in pristino
laborantes, baculis impellantur iumentorum
ritu,vel quòd nondum in disciplinis absoluti,
opus habeant rectore baculo. LEO. Probabi-
le narras. VRS. Scis autem lauro baccas esse
nigras & amaras. Porrô quoniam id tempo-
ris etiamnum arrodentes amarum sapientiæ
corticem, non dum ad nucleum dulcissimum
penetrarunt,baccalaureos appellari placuit.
EEO. Istuc etiam probabilius. VRS. Verum
mystagogus ille tertiæ sententiæ palmam tri-
buebat. LEO. Quam tertiã adferebat? VRS.
Arbitrabatur dictionem compositam à vacca
& laro,vaccalarios. LEO. Bella mixtura vac-
cæ cum aui. VRS. Imò probabis si cognoris
rem omnem. Scis aliquas nationes pro b,so-
nare v,consonantem,& contrà. LEO. Noui.
VRS. Et vacca lac porrigit. LEO. Aiunt. VR.
Et larus auis est auidissima. LEO. Istuc me do
cuerunt ERASMI prouerbia. VRS. Iam de
amabili illo sapientiæ principe dictũ est, Mel

& lac ſub lingua eius . vnde quos vehemens quidam ardor huius lactis agit rapitq́, vaccalarij dicũtur . LEO. Quin igitur capralarij dicuntur potius, quum lac caprinum à medicis pręferatur bubulo? VRS. Quia plus lactis reddit vna vacca, q̃ capræ tres, præſertim apud Phryſios. LEO. Pulchre tu quidem hoc expediſti. Sed vnde licentiæ vocabulum? VRS. Et hoc me docuit ille myſtagogus. Qua quidem in re vulgus errat periculoſe, credẽs illis iam licere quod libet, velut ab omni honeſta functione dimiſſis, eóque nonulli tum ſe dedunt ocio, quum maxime ſint ſuſcipiendi labores. LEO. Idem error & me fateor, hactenus habuit. VRSVS. Atqui ſecus habet . Hæc licentia non ducitur à licet verbo imperſonali, ſed à licere, quod eſt ex eorum numero, quæ Græci vocant αὐτοπαθητικὰ, quod genus eſt vapulo, vnde deductum licitari. LEO. Quis hoc diuinaſſet? VRS. Tum enim plurimi fiunt, & velut à licitantibus accerſuntur, alius ad aulam, alius ad curam paſtoralem, alius ad Abbatiã, alius ad opimam præbẽdam: in ſumma, alius aliò. Longum eſt enim omnia cõmemorare præmia. LEO. Scite tu quidẽ hactenus. Sed vnde magiſtri noſtri? VRS. Honoris cauſa Græce dicũtur Theologi, Hebraice, Rabini, quod Latine ſonat magiſtri noſtri. LEO. Intelligo. Talibus igitur cognomentis honorandum cenſes & grammaticũ? VRS. Quid ni? tales quales fuerũt Donatus & Seruius di-

cantur doctores grammatices, quum proclius uius sit vel in triplici iure doctoris nomen, q̃ semel boni grammatici titulum promeruisse. LEO. Da Seruios, dabimus honores. VRS. Imò tu da honores, ego dabo Seruios. Honos enim non solum alit, verum etiam gignit artes. Adderem dictator & locũ honoratum in cõsessu, & insignia reliquáq; debita viris præclaris ornamenta. LEO. An tibi parum est, si literatores insigniti literis incedant vt Samij, quemadmodũ aiunt? VRS. Adderem & scholis ipsis mundiciẽ ac dignitatẽ, quum nũc vix sit hara porcorum sordidior. LEO. Pueris'ne tãtum honoris? VRS. At hi pueri tẽpla sunt spiritus sancti, in his plantarijs latent senatores, magistratus, doctores, Abbates, Episcopi, summi Pontifices & Cæsares. Quo infirmior est ætas, hoc plus addendum est honoris iuxta Pauli doctrinã. Postremo hi paruuli sunt, quorum vnius cuiuslibet offensionem Christus voluit atrocissimo supplicio puniri, & asinis male docentibus molã asinariã alligari, itáq; demergi, non in arenã ripæ proximam, vnde posset enatare, sed in profundum pelagus. Nũc quod est iniuriarum genus, cui nõ patimur imbecillem ætatẽ obnoxiam esse? Nullus ferè tam abiectus, tam ineptus, tam insulsus, tam excors, tã indoctus est, quin videatur idoneus formãdæ pueritiæ, cuius leuior esset calamitas, si tantum aleret eiusmodi beluas, nisi pateretur & tyrannos. Nulli sunt enim plagosiores quàm

qui nihil habent liberalis disciplinæ. LEO. Sic & monarchæ si ratione careāt, qua Rem publicam administrent, ad vim ac tyrannidem confugiunt. Operosa res est imperare liberis, & compendiosa philosophia est dicere, sic volo. VRS. Iam illud in pædagogijs penè solēne est, vt aut tenues, quibus non est vnde viuant, aut puerum aliquem nudiustertius magistelli nomine donatū, pueris grammaticen, docendis præficiant, tantum in hoc vt viuat. LEO. An non pium existimas destitutis opitulari? VRS. At ista quidem humanitas in vnum famelicum, in tot pueros magna est inhumanitas. Impia est eleemosyna quæ de rapina cōfertur: & ingratum sacrificium quod ex prędatione datur. Malefica est beneficētia, quę cum multorum iniuria cōiuncta est. Vt est interdum principum crudelis clementia, quum vni cuipiam condonant facinus plurimorum malo. Sūt innumeræ vię, quibus famelicis consuli possit. LEO. Nascuntur interdum humili limo loco generosa ingenia, quæ rei familiaris angustia submouet à liberalib⁹ disciplinis. An non humanitatis est hæc euehere? VRS. Maxime, sed cum delectu & citra cuiusq̄ iniuriā. Nūc ferè adsciscuntur ad hoc munus nō alia cōmendatione, nisi quia cognatus est, aut conterraneus, aut compotor, aut alioqui notus, aut denique, quod est pietati proximum, quia miserabilis. At interim non miseret tot puerorum. LEO. Plerique turpe putant quenq̄

ſemper in grammatices profeſſione manere.
VRS. Qui nam id turpius, quàm pictorem nihil aliud profiteri quàm pictorem? Quanquã fieri non poteſt, vt grãmaticus nihil ſit quàm grãmaticus, etiamſi in cæteris diſciplinis non perinde excellat. Nam vt vnus in omnibus eminеat, nec à ſuperis datum eſt, nec expedit vitæ mortalium, vtcunque Græci iactant ſuum Hippiam. Tum enim cum rebus humanis feliciſſime agitur, quum diſtributis varie dotibus, amicitia, iuxta prouerbium, facit omnia communia. Quid enim ſtultius, quàm dicere manui, nihil aliud es q̃ man⁹: aut ventri, nihil aliud es quàm venter: aut tibiæ, nihil aliud es quàm tibia: aut naſo, nihil aliud es q̃ naſus? Et pulchrũ eſt probri cauſa dicere grã matico, nihil aliud es quàm grammaticus? Eſt aliquid & ventre contemptius, per quod eijciuntur craſſiora corporis excrementa. Cõtemnat hoc qui volet, & videat quàm floreant cę tera membra. LEO. Iſta ſunt euidẽtiora, q̃ vt poſſim refellere. Sed vt ad profitendi rationẽ ſeſe noſter recipiat ſermo, Nõ probas ſcholas publicas? VRS. Imò cum Fabio probo maxime, modo vitentur ea quæ vir ille non minus integer quàm eruditus vitanda commonſtrat. Nec enim iſtos probo, qui obſcuri ipſi, in obſcurũ angulum contrahunt pueros, ac docent impune quodlibet. LEO. Laudãtur in hoc genere quidam, qui nõ ita pridem exorti, mediũ genus inter monachos & laicos, domi ſuę do-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cendis pueris quæſtum vberem facere dicun-
tur, quanquam hoc aucupium & à monachis
quibuſdam affectari cœpit. VRS. Sua cuique
ſententia eſt, mihi diſplicent in hiſce rebus la-
tebræ, lucem amo. Tum id genus doctores fe-
rè ſunt αὐτοδίδακτοι, nonnunq̃ indocte do-
cti, nec ſui iuris, & illiberaliter educati: ad hæc
alieniores à moribus ſenſuq; communi. Qui-
bus rebus fit, vt apud hos natiuus ille vigor &
alacritas ingeniorum frangatur, ac deijciatur
ad habitum quendam phariſaicum, qui libera-
lem & ingenuam indolem corrumpit, ſeruile
quiddam & illiberale inferens teneris animis.
Quin & illud nõ raro videmus, eos qui ex ta-
libus nidis emergunt, euadere cęteris inſolen-
tiores, minꝰ ſynceros, magis fucatos, minúsq;
liberales. LEO. Quid vtilius q̃ vt prima ſta-
tim ætas formet ad pietatis diſciplinã? VRS.
Recte, ſi pietas in raſuris, cingulis, pallijs, pi-
ſcibus & fabis, morumq; triſtitia, ſita eſt. At
vera pietate nihil eſt hilarius. Iam vt hodie ta-
lis ſit monachiſmꝰ, qualis olim fuit, nõ omnes
huc alũtur, nec expedit imbecillẽ velutiq; la-
ctentẽ adhuc indolem immodica triſtitia cor-
rumpere, quæ gignit ſeruile quiddam, & nati-
uam ingenuitatem vitiat. Paulus non temere
monet parentes, ne liberos ſuos amarulentia
contriſtent. At iſtorum moroſis moribus ſcio
quædam ingenia feliciſſime nata, fuiſſe perdi-
ta. Nam his potiſſimum imminent deijciẽdis,
quũ vt in equis, ita in pueris, ſæpe feliciſſima

sint ingenia, quæ grauatim ferunt imperia. Itaq; refingunt in asinos, quoniã equis imperare nequeunt. Adde his & grauius malum. Si quem puerum videtint indole cãdida, aut etiã re lauta, hunc studiosius frangunt ac deijciũt, veluti generosum pullum ad suæ vitæ institutum prædomãtes, nec patiũtur abire, sed blãditijs, minis, terriculamentis, obtestationibus, horrendis narrationibus instant, vrgent, obtundunt, donec vel ad se pertrahant, vel, si id nequeant, in aliũ protrudant gregẽ. Quid autem facilius, quàm simplicem ætatem ac rerũ imperitam vel fallere, vel terrere? LEO. An istud faciunt? VRS. Non refero somniũ, meũ ipsius periculũ narro. LEO. Quod obsecro? Num quãdo in discrimen venisti, ne fieres vir bonus? VRS. Educabar apud hos Deuẽturij, nondum egressus annum decimumquintum. Eius sodalitij præfectus omnia moliri cœpit, vt me ipsorum instituto addicerem. Et eram alioqui puer ad pietatem propensus. Ibi pro mea puerili sapientia excusabã ætatẽ, sed præcipue voluntatẽ parentum, quorum iram serio metuebã, si quid illis inscijs tentassem. Hic ille vir egregius, vbi se videt nihil eloquentia proficere, admouet exorcismum. LEO. Quid fiet obsecro? VRS. Admouet imaginem crucifixi: ac mihi iam flenti vultu entheo, Agnoscis'ne, inquit, hunc, pro te passum? agnosco, inquã. Per hunc, inquit, te obtestor, ne cõmitas vt frustra pro te sit mortuus, sed obtẽpe-

rans meis cõsilijs,consulas animæ tuę,nisi ve-
lis in æternum perire cum mũdo. LEO. Nõ
deiecit puerum tanto ariete? VRS. Planè de-
iecisset, ni me parentum terror aliò retraxis-
set. LEO. Ista quidẽ vis est. VRS. Quod mi-
hi accidit refero,alij narrent quid ipsis accide-
rit. Nec dubito quin innumeri sint qui similia
pericula de se narrare queant. Accedit ad hęc
quod huiusmodi ferè nihil habent commercij
cum ethnicis authoribus. Cæterum quãquam
non censeo Martialem,Catullum, Tibullum,
aut si qui sunt horum similes , prælegendos
ætati lubricæ , tamen ad antiquitatis & venu-
stæ dictionis cognitionem expedit præcepto-
rem in omni veterum genere diligenter fuis-
se versatum . Sacratior quidem est liber Psal-
morũ quàm Odarũ Horatij, sed ex his quàm
ex illis rectius discitur sermo Latinus. LEO.
Verum,hoc hominum genus vnde velles pa-
rare victũ? VRS. Si nihil aliud , vnde regius
ille Paulus sibi parabat. cõsuebat coria. Quã-
quàm aliud est vnum alere, aliud ditare mul-
tos. LEO. Prohibet sacerdotij dignitas. VRS.
Sacerdotes sunt qui populo Christi ministrãt
Euangelium. Quid si omnes fiant sacerdotes,
num omnes viuent in ocio? LEO. At sunt
viri boni. VRS. At non meliores Paulo. Ve-
rum agnoscamus dignitatem,num ocium ad-
fert dignitatem ? Scurrarum igitur & ludio-
num mira dignitas est. Ocium laudẽ habet in
Episcopis & clericis, quanq̃ id nihil minus est

quàm ocium, quum assidue vacent ediscendis edisserendisq; scripturis, cognoscendis causis, componendis litibus, increpandis improbis, consolandis afflictis. Nullũ est honestũ ocium, tantũ in negocij genere discrimen est. An tibi iusta videtur ab operis manuarijs excusatio, quod hypodiaconus sis aut diaconus, quũ nullam operam præstes ecclesiæ, nec huc te pares vt præstare queas? Olim certe proprium erat monachorum operari manibus. Quod si causantur sordidum opificium: si non sordidarũt Paulum coria, non est quod illi metuant sordidum opificium. LEO. Quod narras idem frequenter audiui à viris insigniter cordatis. Sed isti vacant precationibus. VRS. Vacent, labor nõ multum officit precationi. LEO. Illos certe probas qui constitutis sodalitijs alũt in studia tenues, quibus alioqui cum remo, stiua & rastro res erat futura. VRS. His rebus quidam fortasse magis congruebãt. Verum agedum, piæ mentis arbitror subleuandis pauperibus indulgere. Ad literas accersi nolim, nisi vigilanti cum defectu. LEO. Quur ita? VRS. Fateor ex subulco nonnunquam nasci regno dignum ingenium, sed vt paria sint ingenia, plurimum habet momẽti liberalis educatio. Nec parui refert inter quos verseris à puero. Ad liberales autẽ disciplinas prisci non admittebãt, nisi bonis prognatos. Hic periculum est, ne venter illectet ad studia literarum, quos natura genuit alijs rebus. Iam si quorũ

indoles meretur ad hoc honoris vocari, simul accedere debet liberalis educatio, sic vt frugalitas adsit, non absit mundicies. Nec oportet benignitatem esse sordidam, alioqui hoc non est alere, sed torquere. Sed de suis quisq; liberis statuet quod videbitur. Tuum qua ratione vis instituí? LEO. Primum discet expedite sonare, deinde prompte legere, mox eleganter pingere. Deinde deligetur morũ & ingenij formator, deligentur sodales proba indole. Alibi parcus ero, non hic. Vtriusq; linguæ peritiam exacte perdiscet teneris statim annis. Dialectices non patiar esse rudem, nolim tamen ludicris illis argutijs ad ostentationem repertis torqueri, Rhetoricis aliquanto quidem diligentius, sed tamen citra superstitionẽ exercebitur, scribendi dicendiq; potius vsu quàm anxia præceptorũ obseruatione. Sed prius Geographiã perdiscet accurate: Arithmeticen, Musicam & Astrologiam degustasse sat erit. Medicinæ tantum addetur, quantum tuendæ valetudini sat erit. Nonnullus & Physices præbebitur gustus, non tantũ eius quæ de principijs, de prima materia, de infinito ambitiose disputat, sed quæ rerum naturas demonstrat. Quæ res agitur in libris de anima, de meteoris, de animalibus, de plantis. VRS. Nihil'ne de moribus? LEO. Hoc aphorismis instillabitur, præsertim ad pietatem Christianã & officia vitæ communis pertinentibus. VRS. Tot disciplinis oneras ætatem teneram? LEO. Faxo vt hæc om-

nia ludens discat prius q̃ attingat annum decimumoctauũ. VRS. Fortasse per artem notoriam. LEO. Nequaq̃. VRS. Qui potest alioquin? LEO. Nihil est necesse, quemadmodum vere dictum est, vt puer omnes disciplinas exacte discat. Quasdam gustasse sat est. Id magno fructu paruoq; negocio fiet, si ex singulis præcipua quædam redigantur in compendium. Neq; quicq̃ facilius discitur, quàm quod optimum est. VRS. Pulchre narras. Sed vnde compendiorum artifex? LEO. Iam hoc ago, nec ab vno petã omnia, sed in quo quisq; præcellit, in eo deposcam illius operam. Ita meus catulus non ludet operam & impensam in friuolis, aut dediscendis, in quibus hodie, deum immortalem, quanta pars ætatis perit? Vbi iactis huiusmodi fundamentis peruenerit ad annum decimumseptimum aut octauum, ipse sibi deliget studiorum ac vitæ genus, ad quod se senserit natura magis compositũ. Vix enim feliciter cedit, ad quod quis reluctante genio protruditur. VRS. Vtinam istã rationem amplectantur publicæ scholæ. Nihil esset iuuẽtute felicius. LEO. Arbitror tibi frequẽter ex maiorib⁹ auditũ, fuisse tempus quo pueri multis annis discruciabãtur modis significandi, & quæstiũculis ex qua vi, & alijs indoctissimis nænijs, magnaq; ambitione dictabat, ediscebatur, exponebatur Ebrard⁹ & Floristа, quod superat tẽporis, ridiculis versiculis trãsigebatur: Ioãnis Garlãdini græcolatina disti-

cha prælegebãtur à ſudantibus, Catholicon in omnibus tẽplis habebatur. VRS. Infelix proſecto ſeculum. LEO. An tu credidiſſes vnquã fore, vt apud Britannos aut Batauos pueri Græce garrirẽt, Græcis epigrammatijs nõ infeliciter luderent? VRS. Citius credidiſſem ruiturum cælum. LEO. Tanta rerum mutatio mihi ſpem facit fore, vt vnaquæq; profeſſio, repurgatis his quæ magis faciunt ad quæſtum & oſtentationem quàm ad eruditionem, tantum ea compendio doceat, quæ digna ſint cognitu. VRS. Iſtuc equidẽ vehemẽter opto. Nam nunc video quoſdam adeo propenſos in has politiores literas, vt faſtidiant liberales diſciplinas, quaſi ſumma ſtudiorum ſit, emẽdate loqui. LEO. Vera narras. Verum hæc eſt rerum humanarum conditio, quum ad ſummum peruenerint, non corrigantur, niſi in diuerſum detorqueas, ac propemodum vitio vitium emendes. Cęterum arbitror hanc prauitatem aliquando in ſuum ſtatum redituram. VRS. Nihil exiſtimo deſperandum, poſteaquam ſcenam rerum vſqueadeo mutatam video. Tantum vereor, ne nobis quidem ſero contingant iſta. Verũ hic ſermo nobis propemodũ extra cauſam feritur, optime Leo. LEO. Qui ſic? VRS. Quoniam nobis hæc, vt dicebã, præpropera cura eſt. Nos enim de publico iuuẽtutis formatore loquimur, tuus infantulus adhuc inter matris ac nutricum ſinus repit. LEO. Verũ, ſed ab his initijs prima facundiæ

rudimenta Rhetores auſpicãtur. Nam Quintilianus, vt Gracchorũ admirandam eloquentiam nonnulla ex parte acceptam refert Corneliæ fœminæ ſupra ſexus modum eloquenti, ita Lelij & Q. Hortẽſij filiam ſcribit in dicendo paternam elegãtiam retuliſſe. VRS. Hæc illis temporibus recte præcipiebantur, quum Latine Græceq; loquerẽtur etiam infimæ plebis opifices, æque atq; docti, nec ſermonis genere differebant, ſed ſermonis elegãtia. Nunc à parẽtibus ac nutricibus quid diſcere poſſunt infantes, niſi vulgatã ſuæ gentis linguam, puta Gallicam, Hiſpanicam, Germanicã, Britannicam, aut Sarmaticam? LEO. Recte mones. Vtinam vniuerſum mortalium genus duabus duntaxat linguis vteretur. VRS. Quibus? LEO. Græca & Latina. VRS. Quid de lingua Hebraica? LEO. Eam, quoniã nec admodum late patet, &, vt apparet, nec ab ipſis Hebræis ſatis tenetur, Iudæis ac Theologis relinquerem. Simulq; vereor ne quid Iudaiſmi cũ literis imbibat puer. VRS. Eadem opera verere, ne quid paganiſmi combibat ex Homero, Demoſthene, Vergilio & Cicerone. LEO. Et hoc pro viribus curabitur. Verum vnde, quæſo, nobis tot linguarum myriades? VRS. Nõ nouum hoc malum eſt, ô præclare, Nam olim à diluuio, quod Noe temporibus accidit, priſci mortales, ne ſimili calamitate diſſiparentur, coctilibus lateribus & bitumine vice calcis adhibito, ciuitatem extruere adorti

sunt,& in huius medio turrim immensæ mo lis, quæ pertingeret vsque ad cœlum. LEO. Vnde tanta bituminis vis? VRS. Non coquebatur ex animantium pellibus cornibúsve, ne quid erres, sed in ea regione lacus immẽsi scatent bitumine. Iam structura penetrarat nubes. Erat autem hominum immensa vis, neq; quisquã omniũ vacabat operis portione. Illic prorsus euenit quod habet Græcorũ prouerbiũ, ἅμας ἀπήτουμ, ὁιδ' ἀπηροῦντο σκάφας. LEO. Quinam? VRS. Aliquis è longinquo petebat obsoniũ, alter adferebat lateres. Rursus alius inclamabat sitiens, adferte potum, alter deferebat bitumen: priusquam ille recurreret, hic fame siti've perierat. Rursus alius postulabat ignem, deferebatur aqua. Hic petebat trullam, ille ferebat cucurbitam. Tandem fatigati tædio, structuram omiserunt, dumq; se sibi mutuo ludibrio esse crederent, alij aliò demigrarunt, vt quosq; iungebat lingua communis. LEO. Isti narrationi cõcinit Oedipodis, opinor, ænigma, de animante, quod primum quadrupes est, deinde bipes, tandem tripes, quodq; vocibus omnium animantium sonet, perq; omnia volitet. VRS. Eandẽ ob causam Homerus homines μέροπας appellat, ob vocis varietatem. LEO. De linguarũ igitur, vt video, diuersitate nulla spes est. VRS. Ne expedit quidẽ vulgo cõmittere, quod syncerũ ac perpetuũ esse velis. Olim bona pars Europæ & Africæ, cum Asia minore Latine Græceq;

loquebatur. Quot barbaricas linguas nobis vulgus ex vna latina reddidit? Quot discrimi-nib⁹ sectus est Italiæ sermo? quot Galliæ, quot Hispaniæ? Præstat igitur has linguas, quibus maxima ex parte commissæ sunt disciplinæ, tantum ab eruditis seruari, quarum integri-tas non à populo, pessimo rerum bonarũ cu-stode, sed è libris eloquentum scriptorum pe-tatur. Verum illud explica, quur ea quoq; sol-licitudo tenet animũ tuum, vt leunculus tuus

De recte scribendo.

prõpte legat, nec inscite scribat? LEO. Quo-niam video Fabio quoq; cum primis fuisse cu ræ, & simul vtrunq; disci potest. Nam vtraq; res alteri auxilio est. Scripturã enim ineptam eadem sequuntur incõmoda, quæ malam pro-nunciationem. Vel Ciceronis orationem scri-be literis Gotticis, solœcam dices ac barbarã. Fit igitur vt aut gratiam amittat quod scri-ptum est, aut omnino reijciatur, aut lectorem defatiget tædio. Cõsequitur autem vt nec do-ceas non intelligentem, nec delectes ægre le-gentem, nec persuadeas enecto molestia. Et scis quàm sint morosa quorundam ingenia, præsertim si scribas occupatis, aut de re per se parum amœna lectori. Quis enim diu pos-sit auscultare balbutientem, cuius sermonem ægre percipias? Contrà vix credi queat, quan topere cõmendet rem, elegans, dilucida, distin ctáq; scriptura, latinis elemẽtis latina verba re præsentantibus. Olim in scholis pleraq; dicta-bantur excipiẽda discipulis, ita fiebat vt cele-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

riter ſcriberent pueri, ſed incommode notulis & abbreuiaturis cõpendium aucupantes. Nũc typographorum ars facit, vt eruditi quidam ne ſcribant quidem omnino. Nam ſi quid ſuarum lucubrationum literis mandare viſum eſt, tam belle pingunt, vt ipſi nonnunquam non poſſint legere quod ſcriptum eſt, & ab amanuenſi flagitent vt legat, agnoſcátq́, quod ipſi non agnoſcunt. Quin & in epiſtolis principum exemplo, complures vtuntur amanuenſium opera. Sed quid illi facient in epiſtolis arcanis, quales frequenter incidunt etiam regibus? vt omittam quod interdum ad authoritatem, interdum ad gratiam facit agnita manus. Nonnihil habebat momenti, quod Paulus apoſtolus Galatis epiſtolam totam αὐτόγραφον miſit. Quis non reuereatur ſi rex ſua manu deſcriptam mittat epiſtolam? Quomodo autem exoſculamur, quoties ab amicis aut eruditis viris literas accipimus ipſorum articulis depictas? Tum demum ipſos coràm audire, coràm intueri videmur. Quid multis? Epiſtola digitis alienis ſcripta, vix epiſtolæ nomen promeretur. Multa de ſuo addunt amanuenſes. Et ſi dictes ad verbum, tamen abeſt illud ſecretum, & quædam aliter pronuncias, nonnulla ſupprimis, ne conſcium habeas quẽ nolis. Non eſt igitur hoc liberum cum amico colloquium, ne quid interim loquar de fide ſcripti. Subſcriptionem effingere facillimum eſt, totam epiſtolam perdifficile eſt. Ha-

bet enim ſingulorum vt vox, ita manus quoq; quiddam ſuum ac peculiare. VRS. Quod dicis quemadmodum mirum, ita veriſſimum eſſe fateor. LEO. An parum intereſſe cenſes, vtrũ ore ſuo quis referat tibi mentem ſuam, an per internuncium demandet? VRS. Plurimum refert, meo quidem animo. LEO. Mandatarius ille fieri poteſt vt mentiatur, vt quædam prætermittat, vt aliter referat quàm accepit. poſtremo vt optima fide referat omnia, oculorum, frontis, vultus & vocis energiam, nõ poteſt exprimere. VRS. Perſuaſiſti, plurimũ ad rem facere ſi puer ſtatim diſcat quamoptime ſcribere, non ſolum ob cauſas quas tu quidem grauiſſimas commemoraſti, verum etiam ob id quod facilius ac libentius ſcribit qui ſcite dicit ſcribere. Habet enim elegãs ſcriptura nõ aliter quàm inſignis pictura ſuam oblectationem, quæ tum ſcribẽtem in opere, tum legentem in ſtudio remoratur. Veriſſimum eſt autẽ hic & illud quod dicitur, recte ſcribendo fieri vt celeriter ſcribamus, non multũ ſcribendo vt bene. LEO. Supereſt igitur vt inquiramus, qua ratione fieri poſſit, vt puer & bene & celeriter diſcat ſcribere. VRS. Eadẽ cura me quoque iampridem torquet. Nam optarim ex tot vrſinis catulis vnum atq; alterum ſic educari, vt ex homine prognati videri poſſint. LEO. Ergo communica ſi quid habes. VRS. Ex me quidem nihil habeo, cæterum quod ex alijs accepi, ſi voles, qualecunq; eſt, proferam in me-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dium,sed hac lege, ne tu celes vicissim,si quid habes rectius. LEO. Polliceor. VRS. Nuper interfui conuiuio grammaticorum,opinor fuisse plures duodecim,diceres non modo iustũ, sed & frequẽtem senatum. Ibi de rebus huiusmodi ferebãtur suffragia. LEO. Conueniebat inter illos? VRS. Adeo,vt rem pulchre gestã arbitrarer si ἀναιμωτὶ dimissũ fuisset cõciliũ. Nunquam vidi calidiorem de re frigida concertationem. Longa rixa fuit,quot essent orationis partes, alijs octo in quindecim profe-rẽtibus,alijs ad pentadem,alijs ad dyadem cõtrahentibus. In prælijs quamlibet acribus nox ingruens solet conflictum dirimere, hi medio conticinio fortissime vociferabantur ad ipsum vsq; gallicinium. Nec satis omniũ memini,si iubes,referam quantum hæsit memoriæ. LEO. Mihi quidem pergratum feceris. VRS. Aggrediar,& quidem præposterè. Nam sonare primum est,proximum legere, tertiũ scribere,de quo primo dicam loco. LEO. Hic quidem nihil refert. VRS. In primis aiebant curandum, vt puero statim exemplum quàm absolutissimũ proponatur,quod effingat. Nec quicquam vetat,quo minus idem sit imitatu facillimũ. Nam vulgus scribarum flexibus,connexionibus,appendicibus,similibúsq; friuolis ductibus, quibus velut animi gratia lasciuiunt, multum difficultatis addunt scripturæ, fructus omnino nihil. An non vides quanto Gottorum manus olim fuerit operosior Ro-

mana,& hodie Gallorum ac Germanorum q̃ Italorum? LEO. Atqui Græcis succeſſit iſta literarum connexio, in minuſculis duntaxat. VRS. Quid enim iſtis non ſuccedit? quanquã & hanc affectatam eſſe nolim, multo minus feram ſcripturam crebris notulis decurtatã. LEO. Ne Latini quidem priſci notulis huiuſmodi caruerunt. Qua de re Probus grammaticus etiam librum reliquit. VRS. Fateor, ſed in paucis dictionibus, numerorum, ponderum, menſurarum, & aliorum quæ ſolent identidem in ſermone recurrere. Quanquam hoc quoque compendium, multum inuexit diſpendij ſtudijs. Nam in huiuſmodi notulis vt eſt procliuis notariorum lapſus, ita reſtitutio per difficilis, quod idem vſu venit in Mathematicis, qui formis elementorum ſignant ſuas ἀποδάξεις. LEO. Perge. VRS. Primum igitur erit ſingulas elementorum figuras effingere, minuſculas ſimul & maiuſculas. LEO. Quidam in elementis affectant obſoletam antiquitatem, velut è duodecim tabulis petitam, aut ſi quid his antiquius. VRS. Iſti non minus abſurde faciunt quàm faciunt ij, qui verbis iam olim deſitis delectantur, perinde quaſi cum priſcis Aboriginib⁹, aut Euandri matre loquãtur. LEO. Etenim ſi rem ab Aſſyrijs ac Phœnicibus Cadmóq; repetas, nec formas, nec ſonos eoſdem comperies. Sunt & qui ſuũ quoddam ſcripturæ genus affectant, ita ſcribentes Latina, vt parũ exercitato Græca videri poſ-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sint. VRS. Ridendos mihi narras, non imitandos, nisi forte placent Apuleij & Sidonij, aut, vt recentiores attingam, Baptistæ Pij, qui, quum suppetant probata, splendida, accommodáque vocabula, tamen confictis impudenter nouis malunt suo more loqui, perinde quasi nihil possit esse præclarum quod sit vsitatum. LEO. At quod tandem formularum genus maxime probas? VRS. Maiuscularum absolutissimum exemplũ est in nomismatis Romanorum, quæ temporibus Augusti, & aliquod post hunc seculis excusa sunt, præsertim apud Italos. Nam in prouincijs artificum imperitia non perinde respondent. Minusculas vndelibet suppeditat Italia, nisi quod ex omnibus eligendæ, quæ & simplicissimæ sunt, nec ita multum recedunt à maiusculis. Tantundem de Græcis præceptum esto. LEO. Quibus in rebus potissimum situs est literarũ decor? VRS. In quatuor, in figura, contextu, serie, & proportione. LEO. Figuram ostendisse satis est? VRS. Non est. Proderit & partiũ ductum ostendere, & quomodo parti pars adaptetur indicare. LEO. Dic, oro te, clarius quod mones. VRS. Perlongum sit, Leo, de singulis differere, dabo specimẽ vnde cætera cõijcias. LEO. Expecto. VRS. Alpha maiusculum Græcis ac Latinis simili figura signatur. Huius sinistra linea paulo subtilior, calamo transuerso ducenda à summo ad imum: dextra, crassior, plano, quemadmodum & trans-

uerſa,quæ videtur addita,ne nullum ſit diſcri-
men inter Alpha & Labda Gręcum.Hæc ad-
monitus puer facilius imitabitur,q̃ ſi tantum
oſtendas figuram. LEO.Sanè rectè. VRS.Al
pha minuſculum varie pingitur, ſed commo-
diſſime ſi primum pingas o oblongum,dorſo
ſuperne veluti gibbo prominente ad dextrã,
deinde ab illius ſummo in gyrum commode
flexo calamo,mollem addas ſemicirculum,in-
ferne nonnihil inflexum o,α. Item b minutu-
lum ſi velis pingere,ducenda eſt ex alto recta
linea,id primum eſt,huic annectendus ſemicir
culꝰ, hoc eſt,inuerſum ɔ,quod ſi inferne hiet,
fiet h aſpirationis nota.Eidem columnæ ſi ad-
dideris lineã infractã,erit k. Rurſus eadem ſi
inferne promieant extra verſum,& addideris
ad dextram inuerſum ɔ,fiet p. Si ad lęuam re
ctum c,erit q. Si nihil annectas ſurſum promi
nenti,erit l,niſi quòd inferne paulum inflecti-
tur,quo differat ab I maiuſculo.LEO. Sat eſt,
habeo ſpecimen,reliqua per me cõiecto.VRS.
Supereſt formularum varietas,quæ maior eſt
in Græcis minutioribus. Deinde notulę decur
tatarum dictionũ,quæ res magis pertinet ad
prompte legẽdum quàm ad recte ſcribendũ.
Sed primis initijs magis congruunt ſimplici-
ora. Huic exercitationi ſuccedit contextus,re-
fert enim quam literam cui iungas. Quędam
enim ſe non ſuſtinent contingere,quædã gau
dent contactu, quædam ſibimet implicantur,
veluti p & o refugiunt cõtactum,f,g,t,& for-

taſſis aliæ nonnullæ, quibuſdam annecti gaudent, vt grande facinus, flagitium, traxit. nec tamẽ hæ miſcentur quibuſlibet. Græci in pingendis minuſculis feliciter laſciuiũt, literas aliquot inuicem cõplicantes. Idem & in maioribus tentatum, ſed apud Græcos non temere niſi in notis numerorum, veluti quum ſignãtes quinquaginta, delta minuſculum includũt py, ⍙. Apud Latinos tentatum à multis nõ ſucceſſit. Profuerit igitur nouo ſcribæ, ſi has formarum varietates non ſolum pictas, ſed & pingi conſpiciat. LEO. Super his, vtcunque minuta ſunt, admoneri gaudeo. VRS. Poſt hęc de ſerie diſputabant, vt intra rectas lineas decurrant verſus, ne ſcriptura ſit ſimilis Sybillæ foliis, & iuxta Plautinum iocum, litera literam ſcandat. Nihil hac inæqualitate deformius. LEO. Ad iſtum ſanè modũ ſcribit vxor mea. VRS. Iã bona pars artis eſt in proportione. Ea ſita eſt, partim in partibus figurarũ, partim in prominentijs, partim in interuallis. LEO. Iſta nõ ſatis aſſequor. VRS. Nihil aliud accipies quàm ſpecimen rei. A maiuſculũ cõſtat tribus lineis: proportionis eſt, vt tranſuerſa æquali ſpacio diſtet & à ſummo & ab imo. Rurſus indicandum quanto ſpacio diſtet imũ ſiniſtræ lineæ ab imo dextræ. Finge triangulum æquis lateribus, ſi detrahas imam lineam, eamq; certa portione decurtatam tranſferas in medium, habebis Alpha. LEO. Intelligo. VRS. Item in B, erectæ lineæ ceu columnæ

duo veluti ventres annectuntur, ſed inæquali tumore, cui ſi deſit ſua proportio, offendit figura. LEO. Sic eſt profecto. VRS. Eadem eſt ratio in partib⁹ quę prominẽt, aliæ ſurſum, aliæ deorſum, videlicet vt l ſurſum eminens, & p deorſum, tantũ habeãt lõgitudinis extra verſus ſpatium, quantum intra. c, verbi cauſa, implet rectum ſpaciũ, huic annexa linea vt fiat q, duplicet illud, aut certe minimo ſuperet. Hic enim nõ artẽ tradimus, ſed exemplũ adducimus. LEO. Mihi quidem ſatis eſt. VRS. Porrò interuallum bifariam cõſideratur. Alterum eſt quod dirimit verſum à verſu, alterum quod literam à litera: adde ſi velis tertiũ, quod dictionem à dictione, quod cõma à cõmate, colon, à colo, periodum à periodo, ſimul aſſcriptis notulis quib⁹ diſtinguũtur. Vt autẽ proportionis obſeruata ratio non hic tantum plurimũ confert ad decorem, ita recta diſtinctio, credi vix poteſt quãtum adferat lucis ad intelligendam ſentẽtiam, vt non inſcite dixerit eruditus quidam, aptam diſtinctionẽ, commẽtarij genus eſſe. Expedit igitur & huic rei ſtatim aſſueſcere puerum, ita conſuetudo vertetur in naturam, vt vel aliud cogitans ſeruet tamen in ſcribendo notulas huiuſmodi nõ aliter quàm literas ipſas. LEO. Audio priſcos illos nullis interuallis diremiſſe dictiones, ſed perpetuo contextu produxiſſe verſus. VRS. Fateor, at nec apices olim adhibebant Hebræi, ne Græci quidẽ, arbitror: nos tamen nõ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vsqueadeo morosi sum⁹,vt si quid bonę rei re-
pertum sit à recentioribus,grauemur accipe-
re. Hæc diligentia etiam illud adduxit com-
moditatis, quod scripturam apicibus,notulis,
interuallisq; distinctam,minus in procliui sit
deprauare. LEO. Apparet tamen veteres a-
picibus vsos. VRS. Istud qui coniectas?
LEO.Quia narrant Cadmum literas à Phœ-
nicibus primum inuexisse.Eã rem fabula no-
tatã,quæ fingit illũ serpẽtis extincti dentes in
terrã seminasse,ex hac semente subito exilisse
duas galeis & hastis armatas acies,quę se mu-
tuis vulnerib⁹ cõfecerint.Atqui demiror quid
hæc fabula faciat ad literas.VRS.Dicam,nisi
molestũ est.LEO.Imò percupio,si graue non
est.VRS.Inspexisti'ne vnq̃ os serpẽtis?LEO.
Ne cupio quidẽ. VRS. Mortui,inquã?LEO.
Ne mortui quidem. VRS. Quis vnq̃ audiuit
Leonem timidiorem? Si tamen inspicias,nu-
meres supernos & infernos dentes, tot repe-
ries, quot literas primum attulit Cadmus.
LEO. Quot? VRS. Sedecim,ni fallor.Otio-
sæ sunt autem sic vt natæ sunt ordine posi-
tæ,dissipantur,seminantur, atque ita demum
plures numero variéque digestæ, viuunt, a-
gunt,pugnãt.Id si non credis, considera qua
strage se vicissim conficiunt hodie, qui literas
profitentur.LEO.Veriora veris narras.VRS.
Quid est autem scriptura, nisi mutus sermo,
perinde quasi nutibus inter se colloquantur
elingues?LEO. Nihil aliud. VRS. Et sermo-

nem à ferendo dictum aiunt grammaticorum filij. Habes Cadmeæ sementis allegoriã. Nũc excutiam scrupulum qui, vti cõiector, vrit te. Tonorum ac spirituũ notulas, imaginaris esse lanceas & galeas exercitus. LEO. Recte diuinas. VRS. Imò partes elementorum sursum eminentes talium rerum speciem prębent, & si diligentius contemplere, videbis illic nõ solum lancearios ac leuis armaturæ milites, verũetiam cataphractos, clypeis, ensibus, ac balistis instructos. Verum harum rerum imagines melius exhibẽt Hebræorum elementa, à quibus profectas fuisse literas nostras vnà cum ipsis figuris, non absurde quibusdam videtur. LEO. Istam fabulam, mihi crede, non narrasti surdo. Cæterum illud adiungas velim, quibus modis puerũ oporteat istis assuescere noscitandis. VRS. De agnoscendis elementorũ figuris mox dicetur. Agimus enim, vt dictum est, ordine præposteró. Ad exprimendum pictura singulas, primum est exemplar, deinde commonstratus ipse linearum ductus, prętera manus docentis impositа manui pueri, eamq; regens ac moderãs. Indicauit aliud adminiculum Fabius, vt eburneæ tabulæ primũ literæ simplices, mox syllabæ ac dictiones, deinde versus aliquot q̃ scitissime insculpantur, per eos sulcos puer consuescet stilum ducere, donec, iuxta philosophos, actio frequẽter iterata gignat habitũ. Nam hac arte didicim⁹ & cæcos nonnullos prompte scribendi facultatẽ

sibi parasse. Eadem opera fiet, vt nec diuariet à recta linea, nec vsquam peccet ab harmonia proportionis. Olim stilo scribebatur in tabulis ceratis, nunc, quoniam calamis aut pennis scribitur, in chartis aut membranis pingitur, alia scribendi ratio est. LEO. Et antiquitas foliis, arborũ codicib⁹, aut linteis cerussatis, aut alioqui leuiter incrustatis inscribebant. VRS. Et nunc sunt qui in tabellis puluere oblitis stilo æreo argẽteóve scribant. Sed pręclarus artifex varias rationes cõminiscetur, quib⁹ puerili studio subueniat. Quarũ vna est, si perfectum exemplar membranæ pellucidæ supponatur, super quam puer calamũ ducat sequẽs subiectas lineas. Altera est, si scribendi peritus stilo argenteo cupreóve vestigia literarum imprimat chartæ, deinde puer per eadem lineamẽta ducat calamũ, aut pennã attramento madẽtem. Eadem erit vtilitas si succo ligni cuiusdam figuras præscribas, leuiter purpureas, quas puer tegat atramẽto. Hic prioris scripturæ vestigia coarguent, quantum sit aberratũ à præscripto. Iam quidam vtuntur tabulis, in quibus fila, fidésve glutino affixæ, linearum vestigia chartis admotis imprimunt. Ea res ad figurarum speciẽ nõ ita multum confert, plurimum tamẽ conducit ad rectitudinẽ versus, & ad proportionẽ partiũ supne inferne ve prominentiũ. Id cõmodissime fiet, si singuli versus signẽtur quatuor lineis, equalibus interuallis inter se distãtib⁹, intra duas medias

ducentur ipsa literarũ corpora: quę vero prominẽt sursum ac deorsum, intra suum modũ cohibebunt extremæ duæ. Eadem arte licebit æqualibus spatijs dirimere versum à versu. Verũ vt his adminiculis prodest exerceri puerum, ita nõ expedit semper his niti, sed vbi iã profecerit, consuescat absq; cortice nare, nec semper linearum ductũ desideret. LEO. Describẽdo videor mihi propemodũ satis instructus. VRS. Vnũ illud addam, hæc ita tradenda pueris, vt se ludere putẽt, nõ studere. Quidam enim hæc tanta docẽt acerbitate, vt pueri prius discant odisse literas quàm nosse. Ad hæc iuuabit ad picturam interim nõnihil exerceri puerum, ad eam artẽ pleriq; sua sponte feruntur, dum gaudent & exprimere quod agnoscũt, & agnoscere quod ab alijs expressum est. Vt autem qui musices periti sunt, rectius pronuntiant etiam non cantantes, ita qui ducendis in omnẽ formam lineis digitos habet exercitatos, mollius ac felicius pinget literas. Si quid super his requiras subtiliꝰ exactiusq;, extat liber ALBERTI DVRERI, Germanice quidem, sed eruditissime scriptus, in quo priscos huius artis heroas imitatus, nominatim Pamphilum natione Macedonẽ, quũ omniũ literarũ, tũ Geometrices & Arithmetices egregie peritũ. Nã sine his disciplinis artẽ absolui posse negabat: ad hęc Appellẽ, qui & ipse ad Perseum discipulũ de arte sua conscripsit, multa pręclare tradit de mysterijs graphices,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ex Mathematicorũ petita disciplinis,& in his non pauca de figuris elementorũ ac ductibus proportioneq; literarũ. LEO. Dureri nomẽ iam olim noui, inter pingẽdi artifices primæ celebritatis. Quidã appellant horum temporum Apellem. VRS. Equidẽ arbitror si nunc viueret Apelles, vt erat ingenuus & cãdidus, Alberto nostro cessurũ huius palmæ gloriã. LEO. Qui potest credi? VRS. Fateor Apellem fuisse eius artis principẽ, cui nihil obijci potuit à cęteris artificibus,nisi quòd nesciret manum tollere de tabula. Speciosa reprehensio.At Apelles coloribus,licet paucioribus minusq; ambitiosis,tamẽ coloribus adiuuabatur. Durerus quanquã & aliâs admirãdus,in monochromatis,hoc est nigris lineis,quid nõ exprimit? vmbras,lumen,splendorem,eminentias,depressiones: ad hæc,ex situ rei vnius nõ vnam speciem sese oculis intuentiũ offerentẽ. Obseruat exacte symmetrias & harmonias. Quin ille pingit, & quæ pingi non possunt, ignẽ,radios,tonitrua,fulgetra,fulgura,vel nebulas,vt aiunt,in pariete,sensus, affectus omnes,deniq; totũ hominis animũ in habitu corporis relucentẽ:ac penè vocẽ ipsam.Hæc felicissimis lineis ijsq; nigris sic ponit ob oculos, vt si colorem illinas,iniuriam facias operi.An non hoc mirabilius, absq; colorum lenocinio præstare, quod Apelles præstitit colorũ præsidio? LEO. Non arbitrabar esse tantum eruditionis in arte pingendi, quæ nunc vix alit

artificē. VRS. Non nouum hoc eſt, inſignes artifices tenui re eſſe. At olim inter artes libe rales numerabatur graphice, nec hanc diſcere licuit niſi claris, mox honeſtis, cæterum veti tum ne ſeruitijs traderetur. Principū eſt igno minia, non artis, ſi caret ſuis præmijs. LEO. Sentio quantum ad omnem facultatē paran dam habeat momenti, ſtatim optimis præce ptionibus admonitū eſſe. VRS. His coniun cta eſt legendi cura, cuius celeritas, niſi primis ſtatim annis paretur, non temere cōtingit ho mini, quantūuis adnitatur. Vix autem fieri po teſt, vt lectione delectetur, qui legendo hæret ac laborat. Proinde, vt qui parū expedite ſcri bunt, ad dictandi compendia confugiunt, ita qui difficulter legunt, aut in totum abſtinent à libris, aut ſi quid coguntur ſcire, lectorem ac cerſunt. vtrobiq; perit illud ſecretū quod præ cipue alit ingeniū, ſiue tuas cogitationes man dare literis pares, ſiue magnorū virorum co gitationes velis cognoſcere. Vt autē puer ſta tim per luſum agnoſcere diſcat literarum fi guras, rem adfero dictu humilem, ſed tamen à ſummis viris traditam. Profuerit eas cruſtu lis exprimere, vt diuinanti nomen elementi, præmium ſit ipſe cibus. Hoc Flacci conſilium eſt. Fabius aliud indicat huic ſimile, vt ex ebo re fingantur literarum formæ, atq; ex his lu ſus aliquis pueris gratus proponatur, qualis eſt nucum, aut talorum, aut ſi quod aliud genus, quod niſi cognitis ac nominatis elemētorum

De recte promptēq; legendo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vocabulis peragi non queat. Quã ad rem accommodatissimus latrunculorũ ludus, quem hodie Scacorũ vulgus appellat, sic vt hinc Græcæ, hinc Latinæ literæ inter se concurrerent, nisi quod operosior est, quàm vt ætati primæ conueniat, adultioribus aptissimus. Idem efficient munuscula, quæ puerorum vestibus ornatus gratia affiguntur, aut in manũ dantur, vt cum voluptate intueantur, contrectent ac nominent. Videmus ætatem illam affici voluptate, si in picturis agnoscãt hominis, aut animantis, alteriúsve rei figuram, ac nomen reddant. Simili illecebra poterunt & ad literas agnoscendas irritari. Mox ad syllabarum connexionem progrediendum, hinc ad dictionũ complexum, postremo ad orationis structurã. Ea res ferè constat memoria, quam volũt esse certam, eoq; negant primæ fidendũ, sed nunc recto, nunc inuerso, nunc confuso literarum, syllabarum ac dictionũ ordine repetẽda subinde eadem & inculcãda, donec certam legendi facultatem & expeditam paratam esse constiterit. Nec ante tempus affectanda celeritas, quo fit vt multũ adferat moræ lectioni incogitans festinatio, dum auditor dubitat quid legerit, dum auribus non assequitur lingua properantem, dum quædam intermittũtur, quædam perperam sonantur, vnde dum vel alijs reuocantibus, vel ipse tibi diffidẽs repetis multa, non parum dispendij secum adfert male captatum compendiũ. Prima cura sit, vt attẽte,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt emendate legamus: cæterum vt idem faciamus expedite, nec cogitãtes, ac velut aliud agẽtes, dabit vsus. Id quod scite præcepit Fabius, Certa sit, inquit, in primis lectio, deinde coniuncta, & diu lentior, donec exercitatione cõtingat emendata velocitas. LEO. Ista præceptio non hic tantũ valet. VRS. Adijciebãt & illud, dum legis, in dextrũ flectendos oculos, & quodãmodo præcurrendũ, diducta in duas res animi intẽtione, vt aliud agatur voce, aliud prospectu, quemadmodũ qui facit iter nõ hoc intuetur quod calcat, sed quod calcaturus est, sic huic posteriora intuenti priora recitanda sunt. LEO. Demiror quur hoc natura inuiderit homini, vt altero oculo prospiceret in dextrũ, altero in læuũ. Nec video quorsum opus sit duobus, quum fabri & balistarij, si quando maxime intendunt prospectum, alterum occludant oculum. VRS. Dicam, si quis te casus altero orbaret oculo, nónne gauderes alterum supereſſe? LEO. Verũ si legas Hebræa, in læuum flectendus prospectus. VRS. Nimirum vt in scribendo manus. Verum id minimo negocio docet paucorum dierum vsus. Noui qui & pedum digitis expedite scitéque scriberent. Quibusdam ea prospectus celeritas est, vt oculis præuolãtibus deprehensa sententia, bene legant etiam perperam scripta. Quędam enim nisi cognito prius sensu recte sonari non possunt, etiamsi bene scripta sint. LEO. Credo, sed plures sunt, qui recte scri-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pta legant perperã VRS. Quod dicam, pro-
digij ſimile eſt. Viuit aduc quidam de proce-
rum aulicorũ numero, qui nunq̃ legit ipſum
quod ſcriptum eſt, ſed loci ſententiã alijs red-
dit verbis. Rogatus â me num ſciret ſe id fa-
cere fatebatur, ſe frequenter huius rei admo-
nitum. Quærebã num ſciens ac volens id fa-
ceret, negabat, imò nõ diſſimulauit ſe ſibi hoc
nomine diſplicere. Addebã qua nam occaſione
veniſſet in eã cõſuetudinẽ. Num puer habuiſ-
ſet præceptorẽ, qui parandæ copię gratia iuſ-
ſiſſet illũ alijs verbis efferre quod legeret, aut
num quid aliud accidiſſet ſimile. Negauit. Nã
eſt huiuſmodi muſices genus apud Britãnos,
vt multi inter ſe concinant, quorũ nullus eas
ſonat voces quas habẽt codicũ notulæ. LEO.
Habet natura ſuas quaſdam arcanas cauſas,
quas fruſtra ſcrutantur homines. Et ipſe noui
puerum annos natum duodecim, cætera per-
fectum, hoc tantum habebat prodigioſum,
quòd omnia verba præpoſtere loqueretur,
quod in noſtrate lingua ſcis eſſe abſurdiſſimũ.
Nam Latine loquentibus, quanq̃ ad decorum
compoſitio plurimum facit, tamen ad ſenſum
non refert, ſiue dicas honora patrem tuũ, ſiue
patrem tuũ honora: nihil autẽ abſurdius, q̃ ſi
quis noſtrate lingua dicat, patrem tuum ho-
nora. VRS. Sic eſt vt dicis. Addunt autẽ præ-
ceptiunculam, mea ſententia, non aſpernan-
dam, quæ pariter & ad legẽdum & ad ſcribẽ-
dum pertinet, nõnihil etiam ad mores. LEO.

Audire geſtio. VRS. Moris eſt vt poſt agnitas formulas,& cõtextas ſyllabas incipiãt ſcribere nomina,mox & oratiunculas. LEO. Sic eſt. VRS. Hoc operæ nolunt inſumi in vocabulis inanibus ac nihil ſignificantibus,aut vulgo notis. LEO. Expecto vt meliꝰ dicas. VRS. Scis bonam eruditionis partem eſſe, ſcire rerum vocabula. Hic ſupra modum ceſſatur à grammaticis vulgaribus,quorum vitio fit, vt adoleſcentes poſt multos annos in grammatica contritos, vix norint vllius arboris, piſcis, volucris,quadrupedis,aut leguminis verũ nomen. Ne domi quidem vllam ſuppellectilẽ Latine nominare poſſunt, adeo vt quum volunt ſibi dari mantile,dicãt da mihi rem,& aut indice digito eſt opus,aut vulgatæ linguæ ſubſidio. Idem vſu venit ſi producantur in officinã cuiuſlibet artificis, tantũ generales rerum voces vtcunq; tenent,ſpecies prorſus ignorant. LEO. Iſtud mihi ſanè vſu venit, ac mecum alijs quamplurimis. Arborem,legumen, herbam,equum & canem oſtendere poſſum,at ſi quis exigat vt oſtendam alnum,aut fraxinum, aut ilicem:ſilurum, ſcarũ aut pectinẽ: eruum aut milium: ſcolopẽdram, viuerram aut felẽ, hæreo. VRS. Sic & in dialecticis pueri nihil audiũt,niſi Sortes currit,Plato diſputat. Si aſinus volat,aſinus habet pennas,& Sortem currere eſt poſſibile. LEO. Quid igitur conſilij? VRS. Eadem opera licebit pueris præſcribere,vulgo non obuia rerum vocabula,aut

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

voces exquisitas, non nunq̃ & bonæ rei quippiam admonentes. Tam facile discitur quid sit lacerta, aut stellio, aut pectunculus, q̃ quid sit canis aut vacca: nec difficilius scribitur. Tempori parce, q̃ vacca mingit, aut canis latrat. Interdum vnica vox continet perfectam sententiã, vt σωφρόνα. Id multo magis conuenit obseruari posteaq̃ eò profecit puer, vt integri versus iã sint ad imitationẽ pręscribẽdi. Quur enim nõ potius illis pręscribitur hoc carmen,

Quo semel est imbuta recens seruabit odorẽ
Testa diu,

quàm illud,

Aut pluit, aut ningit, aut nostra pedisequa mingit.

In hunc vsum valebunt celebrium virorum apophthegmata, exquisitæ breuésq̃ sententiæ, prouerbia, ac lepide dicta, cuiusmodi supellex ad omnem discendi facultatẽ plurimum habet momenti. Quorum si quis singula contemnit, huic occinam illud Hesiodiũ. Pusillum pusillo si addideris, cito nasci magnũ aceruũ. Et hæc inter lusum licet ediscere, nullarum rerum memoria tenacius ad ipsam vsque senectutem hæsura animo, quàm quæ sic infixæ sunt. Vides igitur quãta nobis hic pereat vtilitas. LEO. Video sanè quanta pars ætatis nobis instituentium vitio præterfluat.

De recte Pronunciando.

VRS. At vereor ne te delassem, si quę de pronuntiando disserta sunt referam. LEO. Imò hic habebis attentissimum, quãdoquidem hoc erat, quod me potissimũ solicitabat quanquã & cætera iuuat audisse. VRS. Quanquam er-

go puer à nutricibus non discit Latine tamẽ referre dicebãt, inter quas primum inciperet æmulari voces humanas: quod ætas illa, quoniam præter imitandi facilitatem nihil habet, nescio qua rerum humanarum infelicitate, citius prope reddit praua quàm recta. Ac mire fit, vt semel infantibus arrepta vitia in adultam ætatem sic prosequantur, vt ægre queant dediſci. Sunt autem oris ac linguæ diuersa vitia, quorum aliquot nonnullis affixit natura, sed plura peculiaris cuique vel negligentia vel affectatio : bonam autem huius mali partem affert ipsa natio, vt in sonis suum quęqꝫ quiddam habent, Hispania, Italia, Gallia, Germania, Britannia, ac bene nobiscum ageretur, nisi singulæ nationes in varias vitiorum species

De ꝙ

essent distractæ. Si labdacismus est impotentia sonandi caninam literam, multis vitiũ hoc adnascitur, nonnullis deliciæ loquendi conciliant. Etenim quum cęteris animalibus lingua sit absoluta , homini tot venis astricta est, vt quibusdam necesse sit intercidi. Nec hoc succedit omnibus. Nam alijs deterius accidit vitium, alijs lingua nihilo secius manet inexplanata. Memoriæ proditum est Demosthenem eloquentiæ principem, primam artis suæ literam sonare non potuisse. Metellum Pontificẽ lingua adeo impedita fuisse narrant, vt mensibus aliquot tortus credatur, dum meditatur in dedicanda æde verbis solennibus dicere, opiferæ Cereris. Nam labdacismum, quẽ scri-

ptores notant in Alcibiade, delitijs non natu
ræ tribuendum arbitror. LEO. Ab iſtis or-
tum arbitror, quod pellucidum dicimus pro
perlucidum, & pellicere pro perlicere,& pel-
legere pro perlegere. VRS. Haud male con-
iectas. Huius literæ difficilior eſt ſonus in in-
itio,& fine dictionis,tum in medio duplicatę,
mollior ſi ſimplex incidat inter duas vocales.
Exempla ſunt,regula,motor,carrus,oro: Du-
rior,etiam apud Græcos,qui poſteriori addũt
aſpirationem, vt χαμάῤῥους. Hanc aſperitatẽ
quidam mitigant ſuppoſito σ,vt θαῤσῶμ pro
θαῤῥῶμ.Idem faciunt hodie mulierculæ Pari-
ſinæ,pro Maria ſonantes Maſia, pro ma me-
re ma meſe.Etiam ſi non defuerunt apud La
tinos,qui contrà Fuſios ac Valeſios verterint
in Furios ac Valerios,atque è diuerſo,qui ho
nos,labos,vapos & clamos dicere maluerint,
quàm honor,labor,vapor,& clamor.His con
trarij Eretrienſes,σ,vertũt in ϱ,dicẽtes σκλη-
ϱότης pro σκληῤότης , atque hinc prouerbij
iocus in Eretrienſium ἑϱῶ.LEO.Iſto vitio no
ui plurimos,qui laborent. Verum èſtne reme
dium huic incommodo; VRS. Eſt, ſi interci-
das plectri retinacula,niſi quod nõ vacat per-
iculo tangere venas,hoc eſt, iuxta prouerbiũ,
τὰ ἀκίνητα κινῶμ.LEO: Quum animantibus
quibuſdã tam mobiles & expeditas linguas na
tura dederit,demiror homini datam tot aſtri-
ctam retinaculis.VRS.Multis expediebat nul
lam omnino linguam eſſe datam. Nunc neq;

venarum retinacula,neq; vallum duplex dentium, neq; labiorum oppositi muri satis cohibere possunt membrum hoc nimium volubile.LEO.Nihil verius.VRS.Rursus alijs tam est docilis,vt animalium omnes voces indiscreta similitudine reddant, vt si tantum audias, credas vagire puerum,rixari fœminam, tussire senem, grunnire porcum,canere luscinią, hinnire equum,latrare canem. Cæterum aduersus omne linguæ vitium valebit difficultatibus exerceri,quo studio Demosthenes fertur triplex naturæ vitium expugnasse.Nã ad exprimendum ę linguam habebat inexplanatã. & spiritosus erat,& vox infirmior multitudinis fremitu intersecabatur.Itaque tophis subter linguam impositis, versus complures aduerso monte continuato spiritu resonabat,& in litore nonnunquam quum maxime fremeret mare, dictionem exercebat,vt populi fragorem assuesceret contemnere.Ita verum esse docuit, quod à sapiente quodam dictum est, μελέτη πάντα δύναται.Huic simillimum est quod indicat Fabius.LEO.Quod nam?VRS. Existimat os puerorum reddi firmius, ac sermonem expressiorem,magisq;, vt ita loquar, articulatum si ab his exigatur, vt nomina ac versus affectatę difficultatis ex plurimis asperrime inter se coeuntibus syllabis catenatos ac veluti confragosos q̃citatissime voluant. Huiusmodi versus Græci χαλεπούς dicunt.Difficultas autem syllabarum ac dictionũ, partim

nascitur ex natura literarũ,partim ex connexione,partim ex turba cõcurrentiũ consonãtum,partim ex his omnibus.ϙ,ξ,ψ,& nostrũ f durioris sunt soni,vnde rerum, rex, ξένος, psittacus & effero,nõ admodum facile sonantur.Quẽadmodum & μνᾶ, σπύω, βλέω,non quòd difficultas sit in singulis, sed quod parũ sibi congruant. Turba gignit difficultatẽ,quũ dicimus glans,& mons.Nam in his sunt duæ literæ,l & n,omnium suauissime sonantes.Ex multis simul nascitur difficultas, quũ dicimus ferrum,feruor,fragor , πνὺξ, trabs , Thrax, Xerxes,Artoxerxes,ἀισχροκερδὴς. Numerus autem literarum in eadem syllaba non excedit senariũ,qui tamen apud Græcos ægre reperitur.Fraus constat quinq; literis,sed vnam absorbet diphthongus,strix habet quinq; sine dipthongo , quemadmodum frons'. Scrobs & stirps apud nos sex literis constant, soluta duplici: si Græce scribantur, quinq; dũtaxat: si strirps sonetur , eadem syllaba septem literas complectetur.Apud Græcos vna dictio profertur,cuius altera syllaba sex literas complectatur,ἀισχροὺς,sed ita vt diphthõgus initialis seperetur à consonantibus sequentibus, & ου diphthongus pro duabus supputetur. Versuum,quos à Græcis χαλεποὺς appellari diximus, hoc exemplum fingi poterit, Γραῦμ χθονίαμ ἀισχρὸς φθόνος ἐξέφαγεμ, οὐ λίφος ἐχθροῦ.Item, Arx stridẽs rostris, sphinx,prẽster, torrida seps,strix. In huiusmodi difficultatib9

exercitatio reddet linguam ad cętera,tum expeditiorem,tum explanatiorẽ. At hodie satis esse credunt, si facillimas quasq; syllabas tradant,ba,be,bi,bo,bu, & harum similes,quum difficiliores magis sint inculcandæ, μνα,σθυ, βλε,τλα, αῦμ,κνα, χνο,θνα, πνα, γνα.χθὼ, φθι,κτη,τμη,δμαω,θλα,σμα,σφρα,velut ĩ μνημοσύνη,σθύω,βδέω,τλάω,γραῦμ κνάω,χνοὺς θνητὸς,πνέω, γνώμη, χθὲς, φθέρω, κτῆμα, τμῆμα,τμῶλος, δμῶες,θλάω, σμάραγδος, σφραγὶς, & huius generis alijs, quibus exprimendis , nisi protinus assuescat os tenerum, vix vnq̃ feliciter sonabit. LEO. Animaduerti quosdam esse, qui laborent in exprimendo,s, maxime si adhæreat illi consonans, vt est.

Blesi. VRS. Hoc est,vt opinor,quod nos blesum vocamus. LEO. Ab hoc vitio tam absunt Hispani, q̃ Eretriẽses absunt à Demosthenis vitio. Galli cõtrà solent vel elidere,vel obscurare literam hanc,lingua vulgari scribẽtes est, & sonantes et,producta vocali. Græci ψελλισμὸν appellant,teste etiam prouerbio ψελλὴ ὀυ πιττεύει. VRS. Vitiũ hoc leuius est, & à nõnullis affectatur,qui blãdiores videri studẽt. Illa deformis linguę hęsitãtia,& oris tremor,spasmi species,easdẽ syllabas iterãs. Id alijs accidit in principio dictiõis,alijs in fine,vitiũ inemẽdabile si in ętatẽ paulo adultiorẽ durauerit,pręcipuusq; labor est in k,q,c,p,& t,veluti quum κυκυκύρι. dicũt pro κύρι, & pepepepedi pro pepedi,cacacaue pro caue, Tutulliꝰ, p. Tullius,

rursus, Romama ꝑ Roma. LEO. Vtriusq; ma li possum exẽpla nõ illepida narrare. VRS. Li bet audire. LEO. Sacrifico cuidam insigniter hoc vitio laboranti, quũ adornaret immolare, cõtigit minister pariter eidẽ obnoxiꝰ malo, vbi ventũ est ad κύριε ἐλέησον, quod apud nos alternis dicit, multũ tẽporis absũptũ est, priusq; ter absoluerent Kyrie eleeson. Tandẽ sacrificus, vt hoc hominũ genꝰ dicitur iracũdius esse: quid fiet, inquit, tunᵓ me derides, an ego te? Et exutus amictu sacro, reliquit arã, magno risu nostro. VRS. Eodẽ malo laborare videntur ranæ, nunq; absoluẽtes suũ illud κεκεκεκεκεξ. LEO. Apparet. Alio quodã die audiui medicũ in frequẽtissima schola disputationi prẽsidentem, alioqui doctũ ac vocalẽ, nec inexplanatæ linguę, tantũ geminabat extremã syllabã omniũ dictionũ, pro Auicenna pronũtians Auicẽnana: pro scriptor, scriptortor, pro dicitur, diciturtur: ꝑ pharmaca, pharmacaca. Id Grẽci, ni fallor, appellant τραυλισμὸν, aut βαττολογισμὸν: fortassis & βαττολογίαν, nisi quòd battologia repetit orationẽ. Sic enim apud Ouidiũ Battus, In illis mõtibꝰ, inquit, erãt, & erãt in mõtibꝰ illis, Quẽ imitatꝰ Mercurius respõdet, Et me mihi ꝑfide prodis, Me mihi prodis Nos forte nõ inepte dixerimꝰ titubantiã oris, cui cognatũ est vitiũ hæsitãtiæ, quam Græci, ni fallor, vocãt μογιλαλίαν. Hæc omnia graiora facit ira & pudor, aut alioqui vehemens, affectꝰ, quumq; alioqui, iuxta Fabiũ, pectus so-

τραυλισμός.

μογιλαλία

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

leat facere difertos,his diuerſum quiddã accidit vt obmuteſcãt. Noui qui Auſtro flante ſic hęſitabat,vt vix duo verba poſſet eloqui. LEO. Vnde hæc mala? VRS. Partim à natura, ſed multo maior pars à conſuetudine praua,præſertim primis annis hauſta. LEO. Ecquod habes his vitijs remediũ? VRS. Prętentiſſimum. LEO. Obſecro quod nam? VRS. Vt taceant. LEO. At nulli minus id poſſunt. VRS. Ergo mittãtur ad exemplũ Demoſthenicũ,ac dictũ illud ſapientis,μελέτη πάντα δύναται. LEO. Indica rationẽ. VRS. Accipe,qui laborãt in k, recitent ſubinde carmẽ in laudem Caluitij,cõcinnatum ex dictionib⁹ cõtinenter literã hãc primo loco habentibus. Qui in t,tales verſus repetãt,ô Tite tute tati,tibi tanta tyrãne tuliſti. Aut tales, At tuba terribilẽ tonitũ, taratantara dixit. Nihil negotij fuerit alios cõſimiles effingere. Profuerit & ſingulas dictionis, & orationis mẽbra lente diſtinctęq; pronuntiare,per ſilẽtia quodãmodo redintegratis linguæ viribus,voce nõnihil ad cantũ deflexa. Noui ſiquidẽ viros adprime doctos, qui priuatis colloquijs deformiter titubabant, è cathedra clarius loquẽtes,nihil ei⁹ vitij præ ſe ferebãt. LEO. Nihil hic valet medicorũ ars? VRS. Arbitror poſſe nõnihil ſi noſſent omnes muſculos,quorum opificio vox promitur. Qui ſi fallant, habemus hic diuam opiferam. LEO. Quam ais? VRS. Eulaliam. LEO. Ad diuos cõfugere extrema quidem eſt ancora,& fauſti

ominis nomen est. VRS. Quoniã autẽ gram matici excipiunt vocabulorũ controuersiam, labdacismus fortassis erit, vbi quis literã l, ni- Labdacismꝰ
mium operose sonat, veluti si quis pro lucet, dicat ellucet, aut pro salua sallaua, quod vitium in magnis aliquot viris deprehendi, sed quod affectationi potuit imputari, nõ naturæ. Dum enim plus iusto studerent articulate loqui, in hoc malum deflexerunt. Idem faciebant in li- tera ϱ, sonantes seraua pro serua. Cui similli- mum videri potest, quod Græci vocant Iota- Iotacismus.
cismum. Id mihi videor in quibusdam genere Græcis animaduertisse, nominatim in Geor- gio Hermonymo, qui se Spartanum prædica bat: docebat autem Lutetiæ, recenti memoria plurimis adhuc notissimus. Et apud Latinos sentias quosdam intorquere os, quoties hanc student nimium exprimere. Alij quoties sequi tur vocalis in eadem syllaba, pro, i, propemo- dum sonant, g, vt gecit pro iecit, egicio pro eij cio. Quanquã enim iota transit apud Latinos in consonantem, si præcedat in eadem syllaba vocalem, tamen sonus debet esse medius inter vocalem & consonantem. Sunt qui simili loco pro, i, sonant ferè, z, vt pro ianua, zanua: pro Iesus, zesus: pro iecur, zecur. Rursus alij sic so nant tibijs, Virgilij, vt ante secundũ, i, videaris audire, i, cõsonantẽ. Sunt rursus qui pro, e, so- nant i, quẽadmodũ pro a, o, de quibus suo lo- co dicetur cõueniẽtius. Addũt & Mecacismũ, Mecacismꝰ.
dum plus æquo exprimitur m, incidẽs in finẽ

dictionis sequente verbo,cui9 prima sit vocalis,vt,plurimũ audet, hic volunt m,euanescere, vt sones plurimaudet. Sicut in illo Cicer. Quousq; tandem abutere. Tandabutere dici volũt. Quod vt nolim refellere, ita credo nõ nihil interesse inter sonos,quum dicimus,animam agit,& quũ anima agit. Nam in priore nisus sentitur volentis exprimere m. Vnde Fabius Admonet m,in talibus syllabis,neque prorsus audiri,necq; tamen nõ audiri. Idẽ inter oris vitia cõmemorat ἰσχνότητα,quã exilitatem siue angustiã possis dicere,quæ quibusdam adest natura,alijs morbo,nõnullis accersita,dũ arctatis arteriæ circa imas fauces musculis vox semiclusis labijs promitur. Cui contrariũ est πλατυασμὸς,quũ nimium diductis faucib9,& ore plus satis patulo sermo promitur. Quorũ illud si natura cõtingat, Aristoteles timidæ mẽtis argumentũ interpretat,hoc stolidæ. Hollandiæ vulgus ferè summis labijs loquitur,Germani superiores contrà,penè ab vmbilico voces dicũt. Vnde mihi videtur hæc duo non solum ad vocis exilitatẽ,verũ etiã ad oris indecorã vel contractionẽ vel diductionẽ pertinere. Nã in multis vtrũq; vitiũ deprehẽditur, in quibusdã etiã nationib9 vt peculiare rideť. In nõ paucis autẽ deprehẽdas κοιλοσομίαν,quũ vox velut è cauo specu, eq; recessu oris resonat. Et hoc vitiũ quibusdã addidit natura, quæ linguã dedit prima sui parte nimis astrictam, alioqui latiorem, vnde fit vt vox

πλατυασμός.

κοιλοσομία.

fundatur in latera fauciũ, atq; hinc repercussa resonet, qualis vmbrarum vox esse fertur, eoq; qui simulant huiusmodi spectra ex olla fictili verba promunt. Quidã habent coruinũ quiddam, quidã stridulũ, quidam balbum ac senile, qualis est edentulorũ oratio. Nonnullis totus sermo crassior est. Sunt qui voluta intus lingua nescio quid Hebræum resonãt. Sunt qui syllabas extremas audiri non sinunt, verũ eas quodãmodo deuorent deglutiuntq;. Quod vt pueri metu faciũt, ne deprehẽdantur inemendate loqui indicio postremæ syllabæ, ita quibusdam populare est. Hos Græci peculiari vocabulo dicunt κολοβώτας, id est, decurtatores. κολοβώτας
Rursum sunt, qui postremas omnes acuant Hebræorum ritu. Sunt coruicines, quibus sonus per nasum erumpit potius quàm per os, vt omittam quorũdam gargalismum, ructum, singultum, crepitum inter loquendum, stridores, sibilos, gemitus, screatus, tusses, risus, quibus sermonis tenor interciditur. Deniq; innumera sunt vitia, quibus à recta pronuntiatione disceditur, quam Græci ὀρθοέπειαν appellant. De quibus incidet postea locus, vt aliquid dicamus. Hæc in hoc tantũ admonui, vt infantem ab eorũ cõuictu submoueamus, qui vitijs huiusmodi sunt obnoxij, & si quid vel natura traxit, vel cõsuetudine cõtraxit huiusmodi vitiorum, mature corrigatur. Iam est peculiaris quidã cuiq; gẽti oris sonus, quẽ proprijs vocabulis notare difficile sit. Quanquã enim La-

tini & Græci ijſdem penè literis vtuntur, tamen agnoſcas Græcum etiam Latina ſonantem,& contrà Græcus agnoſcit Latinũ Græca ſonantem. Hanc ob cauſam Fabius ſuadet quidem vt puer prius Græcis imbuatur, non vult tamen diutius in his hærere,ne peregrinus oris ſonus proſequatur etiam Latine loquentem.Fœdum eſt enim hominem in ea lingua videri hoſpitem, in qua natus eſt: quod ſi negligẽtia acciderit,deſidiæ crimen eſt:ſi affectatione,ſtultitiæ tribuitur.Nec deſunt tamen qui hoc ceu bellum & elegans affectent,ſic redeuntes nobis ex Gallijs , vt Latine ſonantes vix intelligantur,& ſi quid habeat ea gens in dicendo vitij,puta volubilitatem linguæ,confuſos accentus,aut voces nihil ſignificãtes,interiectionum vice ſubinde mixtas Latinis, id ſtudioſe repræſentent, quo valde Galli videantur. Nos quoniã Græca ferè diſcimus in hoc vt veterum libros euoluamus,potius quàm vt cum vulgo Græcorum fabulemur,præſtiterit vtriuſq; linguæ rudimentis ſemel traditis , in Latinis potiſſimum exerceri,donec confirmatus adoleſcens iunctis vtriuſq; literaturæ ſtudijs,tuto progredi poſſit. LEO. Et iſtam fabulam,Vrſe, haud quaquam ſurdo canis. VRS. Nunc ſi nõ eſt moleſtũ audire,reſtat commemorare quid illi de ſonãdis ſingulis elemẽtis tradiderint. LEO. Audiam perlubẽs. VRS. Atq; operæpretiũ eſt,nũc enim tota ferè pronuntiatio deprauata eſt,tũ apud Græcos,tum

apud Latinos. LEO. Quid audio? VRS. Sic est. LEO. Vnde nam id accidit? VRS. Partim ex corruptela vulgati ſermonis, partim hinc quòd ſoni vocũ ſcribi non queũt. Et ſcis quàm nihil apud populũ ſtabile, nihil diuturnũ. Verum hoc interim mihi credas velim, mox demonſtraturo, ſi pauca de ſonis elemẽtorũ perſtrinxero. Ordiar autẽ à vocalibus, quas Latinis eſſe quinq; notiſſimũ eſt, a, e, i, o, u, Græcis ſeptẽ, α, ε, η, ι, ο, υ, ω, Et apud Latinos omnes ancipites eſſe, apud Græcos duas natura breues, ε, ο. totidẽ lõgas, η, ω. tres ancipites, α, ι, υ.

Vocalium ſonus.

A, deducto largiter ore profertur, lingua recta ſuſpẽſa, hoc eſt, nec ad palatũ ſuperius affiexa, nec in anterius dentiũ vallum impacta, nec in latus dentiũ illiſa, nec inter dentiũ hiatũ inſerta, voxq; prodit ex arteria profundiore, feriẽs ſuperius palatũ. Quur autẽ vocales dicãtur, à grãmaticis iam olim reddita eſt ratio, vel quòd elegãtius ſonẽt, vel quòd per ſe ſonẽt, vel quòd alijs, quę cõſonãtes vocãtur, vocẽ tribuãt, alioqui mutis, niſi ſi quid ædãt ſtridoris, aut ſtrepitus, vnde & ſemiuocalibus nomẽ. Sed quur Alpha inter vocales primas teneat, difficilior eſt quæſtio. Quidã aiunt Cadmum ob hoc primum locum tribuiſſe alpha, quòd Phœnicum lingua bos appelletur alpha. At Heſiodus in paranda re familiari, primo loco ſecũdum domum & vxorem ponit βοῦν ἀροτῆρα. Hæc ratio per me Caſca Caſcis arrideat licebit, mihi probabilius videtur, ideo prælatã apud Græ-

A

cos inter ancipites, quòd hęc in compoſitione ſyllabarũ præcedit, i & y, quũ ipſa nullã ſequatur vocalẽ in eadẽ ſyllaba. Nam in vaco, & iaceo, prima migrauit in vim cõſonãtis. Nec adueríatur huic rationi, quod adfertur ab alijs, hoc eſſe naturale minimeq; operoſum loquendi exordiũ. In loquẽdo ſiquidẽ nihil eſt prius, quàm diducere labia, mox nullo alio vel dentiũ vel linguæ vel labiorũ adminiculo, vocẽ ædere, quã primã audim⁹ in pueris naſcẽtib⁹. LEO.

E Nec diſſimilẽ in ouib⁹ balãtibus. VRS. E, ſimili modo profertur, niſi ꝙ ore parcius diducto vox nõ erũpit ſurſum in cælũ oris, ſed in linguã infimã, quę leuiter ferit vtrinq; dentes molares, reductis introrſum labijs. Inter hæc

H duo elemẽta, mediũ eſt ʜ Græcorũ, quod effertur rictu minus diducto q̃ in α, hianti ore tamen ac minus in ima depreſſo ſono q̃ in e. Cognationẽ arguit primũ, quod apud Græcos, α frequẽter vertitur in ʜ, & contrà, vt πείηπος pro πείαπ@, & ἰητρὸς pro ἰατρὸς. Cõtra τὰμ pro τὼ. Apud Latinos ferè vertitur in e longum, vt κρῆτες Cretes, & σπλὴμ ſplen. Id ſi craſſiore Minerua tibi demõſtrari cupis. LEO. Craſſiſſima ſi potes, atq; adeo, ſi libet, adipali. VRS. Iuſtũ eſt a, quod ſonãt Itali. Immodice diducto vel rotundato magis ore ſonãt Vueſphali, referẽtes Ionicũ quiddã, qui pro alpha ſonabãt ω mega, dicẽtes θωῦμα pro θαῦμα, & ὠυτὸς pro ἀυτὸς: vt alij cõtrà, ω vertũt in alpha, pro τῶμ νυμφῶμ dicentes τᾶμ νυμφᾶμ,

μουσᾶμ pro μουσῶμ, πρᾶτ@ pro πρῶτος. Itē ε vertitur in η, vt ἦυτε μέγασε, & pro ἐβουλόμην, ἢ βουλόμην. Hæc nimirū arguūt his literis vicinitatē quandā in ſono fuiſſe, η vero ſonuiſſe videtur apud Græcos, quod nunc ſonat a, Scotorū, aut Hollādorū quorūdā: neq; enim omnes eodē modo promūt, ac de vulgo nūc loquimur, ne quis eruditꝰ exiſtimet hæc ad ſe ptinere. Quū enim hi dicūt ama, mediā vocē audis inter ama & eme Italorū more pronūtiata, quēadmodū alij, quos diximꝰ Ionicū quiddā referre, penè ſonāt omo. Nūc fac vt oculis os, auribꝰ ſonū obſerues, dicā primū Italice, mox Scotice, poſtremo Vueſphalice. LEO. Iſthic ſū. VRS. Ama, ama, ama, fama, fama, fama, Ianua, ianua, ianua. LEO. Craſſiſſime profecto dicis, ſed tamē ad docendū appoſite. Verū age dic, diſcernūtúrne hæc apud Græcos? VRS. Vix ſentias, ſed iam admonui pronuntiationē eſſe corruptam. Siquidem quam nunc habent eruditi, nō aliunde petūt q̄ à vulgo, ſcis quali magiſtro. verū de his mox. Iam in e pronuntiando nō leuiter peccat vulgus. LEO. Quid ita? VRS. Quia literā eandē aliter atq; aliter ſonant, nunc ore cōtractiore, nunc diductiore. de noſtratibus loquor. Nam Italorū hic, vt in alijs pleriſq;, correctior eſt enuntiatio. LEO. Expecto exēplū. VRS. Dicā in genere, Quū e, finit ſyllabā, ſat recte ſonāt, quum adhæret illi conſonans, vel a ſonant pro e, vel η, hoc eſt, a Scoticū. Demo probe ſonant & peto: at per-

ago, perua, ſperma, diductius reſonant quàm par eſt, & in lego contractius efferunt quàm lex, in rego quàm in rex, in rebus q̃ in res. Verum id potiſſimum accidit, quum e excipitur à conſonante r : quum enim dicunt aſpergo, ſecunda ſyllaba, nihil aliud ſonare videtur, q̃ in ſparta prior, & in peruius prima minimũ, aut nihil diſcernitur ab ea quę prȩcedit in paruo. Item in pertundo & partu, erro & arra, verro & varro. Idem vitium ſequi ſolet etiam Græca ſonãtes, ni fuerint diligẽter admoniti Vix enim in πέῤθω, & ϖαῤθένΘ diſcernunt primas ſyllabas. Quãquam hæc feliciſſime diſtinguunt Itali. Vix in alia litera magis errat Gallorum vulgus, a pro e ſonantium, ſi quando vocalem excipiat n, aut m. Nam pro quendam ſonant quandam, pro valens valans, pro redemptus redamptus, pro emblemata amblemata, pro vendo vando, pro ventoſus, vantoſus, pro tempus tampus. Hunc errorem ſubinde deprehẽdimus in codicibus Gallorum manu deſcriptis aut excuſis. Hic tamen emendatior eſt Picardorum enunciatio, nec vlli magis peccant, quàm qui ſibi mire Gallice videntur loqui. Quod non in aliud monemus, niſi vt protinus dediſcant pueri, ne prauus vſus hæreat Latina Græcâve ſonantibus, nève pro ἔμπορΘ enuncient ἄμποροϛ, pro, ἔντερα, ἄντερα.

I ϱα. LEO. Prorſus ita res habet. VRS. Iam i, minus etiam deducto rictu ſonatur, ac penè coeuntibus dentibus, quibus ſenſim lingua il-

liditur,qua parte sunt genuini, sic vt labia nihil adiuuent sonitum , sed reducantur potius aliquantulum, vt in e. LEO. Teneo. VRS.Et hic bifariam peccatur à multis. Siquidē apud Brabantos, campestres quidam pro i, sonant diphthongum Græcam ει,quam euidenter audis quum nostrate lingua dicis ouum, & quū Latine dicis,hei mihi,veluti quum pro via dicunt veia,pro pia peia. Rursus Scoti quidam pro e sonant propemodum i,dicentes pro faciebat,facijbat. Ea consuetudo sic à puero inhæserat Ioanni Coleto,viro alioqui facundo & erudito, vt nec in pronuntiando, nec in scripto vitaret quamlibet admonitus ab amicis. Ne is quidem nouus est error. Siquidem Victorinus Afer obiurgat discipulos suos, quòd e,verterent in i. Et rursus i,scriberent pro e. Ac prisci grammatici, cūmque his Fabius ostendunt esse quendam sonum medium inter e & i,vnde factum est, vt alij hanc, alij illam vsurparent in ijsdem dictionibus, veluti heri & here, aduerbium sono vocalis discernebatur,ab heri & here nomine.Eiusdem arbitror generis, tempori & tempore,luci & luce, vesperi & vespere aduerbia.Hęc interdū transit in consonantem , quam nonnulli , sicut antemonuimus,plus satis sonant,sic dicentes iecit, quasi dicant gecit,& maiestas,quasi sit magestas . Idem vsurpant in Græcis dictionibus , quum apud Greęcos semper sit vocalis,nec vnquam præcedat alteram vocalem in eadā syl-

laba, vt ἰατρὸς, ἴαμβος. vnde perperam quidam iambus sonāt dissyllabum quum vox ἀμφίβραχυ reddat. Sequitur o, similiter ex arteria prodiens, quemadmodum a, lingua recta quidem, sed introrsum modice reducta, nisi quod ore non solũ diducto, verumetiã rotundato, quod ipsa elementi figura videtur admonere: quemadmodum i, sua forma monstrat vocis exilitatem: & e, labiorum reductionem veluti pingit. Item A, patens inferne, rictus diductionem pingit. Peccatur & huc à vulgo, nostrate duntaxat. Nam Græci Italiq; recte sonant. LEO. Quo pacto? VRS. Primum Bataui literam hanc promunt ore contractiore quàm opus est. Deinde eandem non eodem modo promũt. Rotũdius enim sonat in nos, quàm in non: in nono, quàm in nonne: in omen quàm in omne. In posteriorib⁹ enim nostri penè sonant pro o, u Vuesphalicũ. LEO. Plane sic habet. VRS. At faciam vt clarius etiam rem perspicias. Quod discrimen vulgo facimus inter on, quod est in tondere, & inter un, quod est tundere? Nec aliud sonat o, in rhombus quàm u, in tumbo. Item in sunto, & sontes. Atqui o diductiore rictu pronunciandum erat. LEO. Quàm multa peccamus imprudẽtes. Vel ab asinis discere poteramus huius literæ pronuntiationem, vnde illi apud Græcos nominis initiũ, & ipsi sono ὀγκηθμός. Item ω mega nihil differt ab o, nisi quod α lõgum differt ab α breui. Nã pleniore sono pro-

ω

fertur,de quo ſuo dicetur loco. V R S. Pro u ve
ro formabis v Gallicũ,ſi labia paululũ expor V
recta iunxeris. Eandẽ literã rotundiore mugi
tu ſonãt Germani,immodico Vueſphali. Nec
deſunt tamen apud Italos,qui Gallorum mo»
re ſonent. Nonnulli labijs ad trium digitorum
ſpatiũ indecore porrectis,nimirũ Batauis con
trarij,Romani modice. Nec omnibus feliciter
cedit huius vocis affectatio. Noſtrates enim
quũ affectant Vueſphalorũ imitari mugitum,
non poſſunt id perpetuo facere, ſubinde lin»
gua relabente ad inolitam,velutiq; natiuã con
ſuetudinem. Hanc inæqualitatem frequenter
animaduerti in ſacrificis Britãnis. Nos in hac
pronunciãda parum etiam nobis ipſis cõſta
mus,nõnunq; in eadem dictione,velut in nul»
lum,mullum,& Tullium. In prima ſiquidem
audis u Gallicum,in poſtrema u Vueſphalum.
Idem ſentire licet in huc & hunc, in illud &
illũ. Sona,Batauice fontes. L E O. Fõtes. V R S.
Sona fundere. L E O. Fundere. V R S. Quod di
ſcrimẽ audis inter v triuſq; dictionis primã ſyl
llabã? L E O. Nullũ. V R S. In rhombo & plum
bo,quid intereſt inter u & o? L E O. Profecto
nihil. V R S. Nũc mihi cõſidera eiuſdẽ literę ſo
nũ nõ eũdẽ. Sona,ſunt L E O. Sunt. V R S. Tol
le n,& dic ſutor. L E O. Sutor. V R S. An non
ſentis lõge diuerſũ ſonũ? L E O. Quid ni? V R S.
Rurſus,ſona Plumbũ Batauice. L. Plumbum.
V R S. Abijce liquidã & dic Pluma. L E O.. Plu
ma. V R S. Quid ſimile huic v,cum illo? L E O.

Nihil. VRS. Idem ſenties, ſi ex tundere facias tutudi, ex fundere fudi. Verum in his fortaſſis aliquantulum patrocinabitur antiquitas, quæ ſont & dicont, quàm ſunt & dicunt ſcribere maluit. Apparet enim & apud illos paulo ſonantius fuiſſe u ſequente liquida u aut m, q̃ in alijs dictionibus, quemadmodũ contra in nõnullis medium ſonum obtinebat inter u & i, vt in optimus, peſſimus, vnde veteres has voces per u ſcribendas putabãt, optumus peſſumus, quod in his aliud quiddã ſonaret i, quàm quod in opimus & fimus. LEO. Probabile eſt quod narras. VRS. Tantum de inconſtantia. Nunc ad cætera propero. VRS. V Gallico reſpondet υ Græcorum, vel ipſa teſte figura, quę nobis cum illis communis eſt, niſi quòd nos ſiniſtram lineã inferne protraximus υ y. u Vuesphalico reſpondet Græca diphthongus ου. Argumentum eſt, quòd in vſurpandis Græcorum vocibus, veteres frequenter υ Græcũ verterunt in v noſtrum, velut in ὗς & ſus, in μῦς & mus ὑπέρ & ſuper, ὑπέρβιος & ſuperbus. Quin & Latini ex ſylla ſullam faciunt, ex ἀφύα apua. Idem arguit quod Galli vulgo pro θύειν dicunt tuer, id eſt mactare vſurpata voce Græca, niſi quòd abijciunt aſpirationẽ. LEO. Poteramus iſtud vel ab aui ridicula diſcere, cui Græcis à cantu natiuo vocabulũ κόυκυξ, quæ in θέσει cantus non i, ſonat, ſed u Gallicum, & hanc Latini cucûlum, ni fallor, vocant. VRS. Qui ſcis an auis hæc non eodem modo canat

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

apud Græcos,quo apud nos? Sed ad rẽ. Rurſus ou,vertuunt in v productũ, vt μοῦσα musa. Hoc adeo verũ eſt,vt priſci Latini, ſi quãdo volebant ſyllabam haberi longam , addere ſoleãt,o,loumen ſcribẽtes pro lumen,noumen & floumen pro numen & flumen. Habet autẽ omnis ſyllaba longa ſonum vegetiorẽ breui. Nam producta vocalis,quemadmodũ & diphthongus,gemina quodãmodo vocalis eſt. Atq; ex huius rei neglecta diſtinctione grauiſſimus error,quũ apud Græcos,tum vero apud Latinos extitit. Apud Græcos enim,vt dixi, ſunt natura longæ,η & ω,cumq; his omnes diphthongi,breues ε,ο. apud Latinos vocales omnes ſunt ancipites. Quanq; autẽ Græcus pronuntiãdo confundit longarum ac breuiũ diſcrimen,tamen ſcriptura diſtinguit. Apud Latinos nõ idem fit. Qua de re poſt referã quod accepi. Illud notiſſimũ eſt,v literam apud Latinos frequenter tranſire in naturam conſonantis,interdum elidi, nonnũq; ſic admiſceri conſonantibus,vt propemodum euaneſcat, at non quibuſlibet. Conſonans fit, quoties præponitur vocali,vel ſibi,vel alteri in eadẽ ſyllaba,vt vanus,venor, vinum,voueo,vulnus,ſeruus. Eliditur ſequens m,vel n,vt in enimuero & inuidia. Docent hoc verſus Terentiani, Siue inuidia laudẽ inuenias,& amicos pares, Et Enimuero Daue,nil loci eſt ſegniciæ neq; ſocordiæ: In quorum priore niſi primo loco ſit tribrachus,ſininui nõ cõſtat ſenariꝰ trimeter,

V cõſonans.

sic vt secũdo sit spondeus dia, lau, dia, contractis in vnã syllabã, in posteriore nisi primus locus habeat anapæstũ, nõ cõstat versus tetrameter. Neutrũ autem fieri potest, nisi illic elidas v, hic v cũ m, quæ inter cõsonãtes fermè solet elidi prẹcedens vocalẽ. Admiscetur autẽ his cõsonãtibus, q, c, g, & s, vt qui, cui, æquor, sanguis, anguis, lingua, consuesco, & suauis, si adsit synæresis, & faciat dissyllabũ: nec tamen hic prorsus euanescit. Vulgaris lingua idem facit in pluribus, velut quũ dicit fatuũ, v admiscetur d. Græci vero quemadmodũ pro nostro f, vtcũqꝫ sonant φ, ita v nostrũ cõsonans, quo reddant non habent, nisi quòd recentiores in hoc abutũtur β, de quo paulopost dicetur. Si quando cogũtur nostra suis literis scribere, pro Valentinos faciũt οὐαλετῖνος, pentasyllabũ. In hunc opinor vsum Aeoles reperant digamma, quod medium esset inter v, cõsonans nostrũ & φ. Item quoties exprimũt Quintꝰ, nõ aliter possũt q̃ κύϊντ☉, quòd eã literam velut euanescẽtem nesciant. Apud illos enim v, nullam præcedit vocalem in eadẽ syllaba, præterq̃ in diphthongo abusiua, y. Indicauit hoc Quintilianus, in æquor & æquũ, reddi sonum quem Grẹci nullo modo possint exprimere. Hactenus de vocalibus aliquot.

Duas

De diphthongis.

Nunc ad dipthonhos accingor. LEO. Vt lubet. VRS. Primũ illud manifestius est, quàm vt vel ab eruditis Græcis negari possit, pronuntiationem, quæ nũc vulgo Græcorũ cum

doctis est communis, perperam sonare diphthongos aliquot,& simplices item aliquot vocales. LEO. Quas? VRS. Nónne η,ι,υ,ψ,ει,οι, indiscreto sono pronuntiant? LEO. Ita mihi videtur, aut si quid est discriminis, vix aures percipiant. VRS. Frustra igitur sunt distinctæ literæ,si sono nihil differunt. LEO. Apparet veteres aliter pronuntiasse. VRS. Rursus aliquot ideo dicuntur proprie diphthongi,quòd duæ vocales vt scribuntur,ita sonantur,quòd idem in his non fit quæ dicũtur abusiue diphthongi. LEO. Sic est. VRS. Atqui in αι,οι,ει, quid audis nisi simplicem vocalem? LEO. Nihil prorsus. VRS. Ne quid iam disceptem de αυ & ευ,in ου quid audis nisi v, Vvesphalicũ? Nõ enim aliud sonat prima huius vocis ἄιρω q̃ prima huius ἠρῶ. Nec aliud sonat vltima in θαυμασοὶ, q̃ vltima in ἑλληνισὶ, aut ἀκουιτί. Nec aliud penultima in ἀληθεια q̃ in σοφία. Proinde aut frustra discernũtur à diphthongis improprie dictis,aut alio sono proferebãtur q̃ hodie ꝓferũtur. LEO. Nõ habeo quod refellã. VRS. Rursus,quid aliud audis in vltima. γραμματικῆς,q̃ ĩ vltima,ηλιμακίσ. Quid aliud sonat penultima in μία ꝓna,q̃ in μῦα pro musca,& ἀφύα pro pisce? LEO. Aut omnino nullum, aut perquàm tenue discrimen est. VRS. Et tamen extra controuersiam est, literas tota natura diuersas esse. LEO. Demiror. VRS. Et quid mouit Latiuos, vt tanto aliter sonarent au & eu, quàm Græci? Quid

enim ſimile παῦλος & Paulus, ἔυιος & Euius. Et tamen opinor, hic Latinorũ pronũtiationem emendatiorem eſſe q̃ Græcorum. Apud nos enim vtraque vocalis auditur in audio & euge: à quo ſono Græcorũ aures intantũ abhorrent, vt quũ noſtra ſonare conãtur, aüdio dicant tetraſyllabum pro triſyllabo, audio: & claüdus triſyllabũ pro claudus diſſyllabo: pro heu monoſyllabo, hëu diſſyllabũ. Atqui ſi Græci recte ſonant αυ & ευ, ſeruandus erat idem ſonus υ, in δυτῷ & λόγου. At in his nihil auditur quod vllo modo vergat ad ſonum f, aut v, conſonãtis. Porrò quũ ſua efferũt, in diphthongo propemodũ ſonant f, aut v conſonãs, veluti meditans adhærere ſequenti vocali, vt ὀφεὺς, βασιλεὺς βασιλεύω, εὐαγγέλιον. Atqui diphthongꝰ nõ cõflatur ex vocali & cõſonãte. LEO. Quo ſono credis hęc veteres extuliſſe? VRS. Referã quod in ſenatu Grãmaticorum audiui. LEO. Sat erit. VRS. Cõiecturam faciebant ex linguis popularibus, in quibus vtcunque corruptis reſident antiquæ pronuntiationis veſtigia. οι diphthongus Gallis quibuſdam eſt familiariſſima, quũ dicunt, mihi, tibi, ſibi: aut quum pronuntiant, fidem, legẽ, ac regẽ. Hic enim audis euidẽter vtrãq; vocalem o, & i. LEO. Sic eſt profecto. VRS. Ad eum propè modũ ſonuiſſe veteres arbitror, μοι, σοι, ὂι, ποῖῳ, & κύριοι. Alioqui quorſum appellantur diphthongi propriæ, niſi eadem ſyllaba geminæ vocalis ſonũ ædat? Atq;

ob id producitur & diphthongus omnis, vt vtraqꝫ possit audiri. LEO. Probabile narras. VRS. Iam αι diphthongum euidenter audire licet in lingua Germanorum, quum nominant Cæsarem, quanquam hic Bataui propius accedũt ad sonum e, vel ε̃ta, quod penè faciũt, vt dictum est, perpetuo in a vocali. Neqꝫ non sentitur apud nos diphthongus ει, si Hollandice dicas ouum, paratus, versutiæ, Maius, facinus, seductus, caro. Apud Gallos hæc rarius auditur. ου vero arbitror priscis ferè sonuisse, quod Batauus sonat, senex, frigidus, & aurum, aut eam tunicæ partem quæ tegit brachium. Rursum Latinam diphthongũ æ audis, quum sonat malus, vadit, consilium, sapor. Oe vero quum sonat panem, nudum, & rubrum, callidum, & fragile aut necessitatem: aut si dicas Gallice, tribus vicibus, Britannice, nix. Quanquã in his linguis deprehendas & alias diphthongos â Græcis pariter ac Latinis dissonantes, veluti quum Gallus dicit, melius, parum, aut fastidiosum, aut periculosum. Item quum Batauus dicit, mendaciũ, ceruical, aut ianuam, aut Iudæum, quum Galli, florem, aut honorẽ. Cui non dissimilem habent Hebræi. In nonnullis audias tres vocales, vt quum Galli dicũt formosum patrem, in formoso audis, e, a, & u, quũ dictio sit monosyllaba. In alijs diphthongum inuersam, vt cum Batauus sonat arundinem, aut margaritam pro fœmina, audis enim i, ante e. Item quum Colonienſis dicit salu-

tem,audis v ante e.Rursus quum Hollandicē dicis,dulce, aut bonum, audis diphthongum nouam,nullis literis exprimendam, sed sonū quendam medium inter o & v. Quum dicis, domū aut murē,audis i post v in eadem sylla-
Bruyt ba.Aut quum Gallus sonat famā aut fructū. Verum hæc persequi non est huius instituti, præsertim quū nationes quædā nihil omnino sonent absq; diphthongo.Ex his autē quę re-tulimus satis est intelligi,& diphthongos pos-se sonari , & olim sonari solitas. LEO. Quæ res abiecit eas? VRS. Nihil aliud , opinor,q̄ loquendi deliciæ. Nam mulierculæ quondam elegans habebant , semicluso ore,vixq; motis labijs sonare verba , sic vt vix audiretur exi-tus. Diphthongi vero ferè torquent os, mul-tumq; resonant , quod nunc habetur indeco-rum,& vt rusticanum ridetur:inde primū ap paret exortas diphthongos improprie dictas: deinde paulatim idem in alijs nonnullis ausæ sunt illiteratorum deliciæ . LEO. Non leuis incommoditas si quid cui dictes scribendum, aut si quis ex alterius recitatione suum emen-det codicem. VRS. Maxima.Quinam sciet is qui excipit, quum audit vulgato more sonari οἶνος, an scribere debeat ἶνος, ὗνος, ὕινος, ἧνος , aut εἶνος. LEO. Nequaq̄, nisi sit erudi-tus.VRS.At non semper nobis cum eruditis res est,& quædā voces huiusmodi sunt vt do-ctę etiā possit hæsitare,velut ī ὑμῶν & ἡμῶν: quod si ὑμῶν sones, per v Gallicū aut prope-

modum,& ἡμῶν per a Scoticum,hoc eſt,per e diductius,ſublatus eſt error. Habes de diphthongis. Iam longarũ breuiũq; ſyllabarũ diſcrimen,magna ex parte ſublatũ eſt,& in Græcorum & in Latinorũ pronuntiatione, quum olim plebes imperita exploſerit atq; exibilarit hiſtrionem,qui paululum ſe mouiſſet extra numerum,aut ſi verſus pronũtiatus eſſet vna ſyllaba breuiore aut longiore,quod à Cicerone literis proditum ſciunt omnes, qui literas ſciunt. Ex quo colligitur,& recitatorẽ ſeruaſſe ſpatia ſyllabarum,& illiteratam multitudinẽ, preſertim vrbanam,aurium ſenſu diiudicaſſe. Nunc quis offenditur vel apud Græcos vel apud Latinos,niſi ſi quid arguat accẽtus,quòd in multis nõ poteſt: imò frequenter accentus ducit in errorẽ,dum facit videri longam quæ breuis eſt,& contrà. Qui vero docti nunc diſcernũt an dicas pláne impoſtori,an plâne,aperto,an planè,affirmãs,quũ in prima dictione ſit pyrrhichius, in ſecũda trocheus,in tertia ſpondeus? Rurſus an dicas malo pro vitioſo,an malo pro potiꝰ habeo,an malo pro arbore,ſiue pomo,quũ in prima voce ſit iãbus,in ſecunda trocheus,in tertia ſpondeus. LEO. Nõ ſatis aſſequor,quę fuerit illa ratio,ſaltãdi ad vocem alienam. VRS. Audita referam, iudicij periculũ penes alios eſto. LEO. Θάῤῥει.nõ hic agitur apud prętorẽ. VRS. Scis quoſdã dictos Mimos, inter quos celeberrimi fuere, Publiꝰ & Laberius. LEO. Scio. VRS. Hi ſimul & recitatoris

De quantitate ſyllabarum.

& hiſtrionis officio fungebantur, pronuntian
tes verſus ſibi cognomines, hoc eſt mimi mi,
mos, & ad propriam vocem geſticulãtes. Erat
aliud hiſtrionũ genus, qui muta geſticulatione
repræſentabãt poetarũ longas fabulas, ſic vt
ſpectator intelligeret argumentũ ſaltationis.
Quo de genere diligenter tradidit Lucianus.
Rurſus erat recitatorũ genus omnium hono
ratiſſimũ, qui ſua recitabãt populo ſine geſti,
culatione corporis, niſi quantũ oratori conce,
ditur, vocem, oculos, vultum, & corporis mo,
tum ſentẽtijs accommodare, ſic Virgilius, ſic
Horatius, ſic Plini⁹ ſua recitabãt populo, ſic &
Philemon ſuam ipſius fabulã populo recitaſſe
legitur, quũ nemo ſaltaret. LEO. Quatenus
iſthuc oratori cõceditur? VRS. Si vino lapſan
tem ac balbutientẽ narres, indecorum fuerit
eam rem corporis geſtu referre, aut ſi mulie,
ris, pueri, ſenis, Germani, Galli, Britanni ver,
ba referas, ridiculum fuerit ipſa pronuntiatio,
ne mulierem, puerum, ſenem, Germanũ, Gal,
lum, aut Britannũ exprimere? LEO. Iucun,
dum quidẽ eſſet. VRS. At non protinus bo,
no viro decorũ eſt, quod delectat. Plato & Fa,
bius concedũt, vt modice vox loquentis ad ea
quæ narrantur accõmodetur: veluti ſi recites
ex hiſtoria, lugentẽ, minitantẽ, blandientẽ, la,
ſciuientẽ, ſatis eſt aliquam rei ſimilitudinẽ ap
parere in oratione. At fit interdũ, vt aliquid lo
co additũ ex vocis aut geſtus alieni faceta imi
tatione gratiam habeat. Poſtremũ genus eſt,

quum vnus recitat fabulã, & ad huius vocem hiſtriones perſonati, geſtus attemperant. Huius generis erat Roſcius, quem accepimꝰ cum M. Tullio decertaſſe, vtrum ille ſæpius verbis alijs eandem efferret ſententiã, an ipſe ſæpius variatis geſtibus repræſentaret. LEO. Vnde colligis hoc fuiſſe genus hiſtrionũ? VRS. Primum ex ipſis Terẽtianis fabulis, in quarũ calce recitator dicit, valete & paludite, Calliopius recenſui. Si ſingulæ perſonæ ſuas voces promunt, quis eſt locus Calliopio? LEO. Dicis nonnihil. VRS. Accipe grauius argumentũ. Ex Hecyræ prologo liquet eum qui præfatur ſolere fabulas emere, easq; recitaturũ ediſcere. Alioqui ſi ſinguli ſuã portionẽ ſonabãt, quur vnus hæc præfatur? Rurſus qui præfatur in ἑαυτὸν τιμωρούμενον, queritur nõ haberi rationẽ ſuæ ſenectutis, ad quẽ deferrẽtur fabulę turbulentæ. Nam nunc, inquit, nouas qui ſcribunt, nihil parcunt ſeni. Si qua laborioſa eſt, ad me curritur. Si lenis eſt, ad alium defertur gregem. Quòd ſi quis contendit hæc ab eo dici, qui ſuo periculo fabulã emere ac proferre, quiq; præcipuas fabulæ partes agere ſoleret, nõ inficior & illud fabularũ fuiſſe genus, quo ſinguli perſonati ſua verba ſonabant appoſite geſticulãtes. Quod accepi refero. Nunc ad id quod intermiſſum eſt redeo. Quũ audis, legi, qui ſcis an prior longa ſit, an breuis? Rurſus quũ audis θεοφίλῳ, nónne Latinꝰ, credat penultimã productã, nimirũ accẽtu Latino de-

ceptus? LEO. Prorſus. VRS. Accentus igi-
tur incertus eſt index ſpatij ſyllabici, præſer-
tim in Latinis polyſyllabis. LEO. Eſt igitur
alia ratio dignoſcendi? VRS. Erat olim ſine
controuerſia, nunc ea propè in totum obſole
uit. LEO. Quod aliquando fuit, poteſt inſtau
rari. VRS. Sunt quidam adeo craſſi, vt non
diſtinguant accentum à quantitate, quum ſit
longe diuerſa ratio. Aliud eſt enim acutum,
aliud diu tinnire: ſicut aliud intendi, aliud ex-
tendi: quanquam nihil vetat eandem ſyllabam
& acutum habere tonum, & productum tem
pus, velut in vidi, & legi, præteritis. At erudi-
tos noui, qui quum pronuntiarent illud ἀνέ-
χου καὶ ἀπέχου, mediam ſyllabam, quoniam
tonum habet acutum, quantum poſſent pro-
ducerent, quum ſit natura breuis, vel breuiſſi-
ma potius. Et ferè qui Græca legunt, accẽtus
obſeruatione confundunt ſpatium moræ, ſic
enuntiantes μενέλαος, quaſi penultima ſit bre
uis, & μενέϛρατος, quaſi duæ poſtremæ ſint bre
ues, quemadmodũ in θεόϛρωτος, παράκλητος,
ἔιδωλα, alijſq; innumeris. Nec ita multis cõ-
tingit ſonare Græca, vt accentuũ ſimul & mo
rarũ rationẽ obſeruẽt, vel in carmine. Loquor
autem non iam de vulgo, ſed de eruditiſſimis
quoq;. Minus eſt erroris in Latinis, ſed tamen
illic quoque tonus acutus ac inflexus obſcurat
cæterarum ſonum, vt in vidébimus, congruit
accentus cum quantitate, at in legebâmus, ſo-
la penultima videtur eſſe producta, quum ſe-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cunda ſit æque longa: in amauérimus ſola an tepenultima, quum ea ſit breuis, ſecunda producta. LEO. Omnino ſic obtinuit vſus, quẽ dediſcere difficillimũ eſt. VRS. Atqui qui deguſtarunt muſicam, nullo negocio diſtingunt inter longam, breuem, & inter acutam & grauem. Nihil enim eſt aliud pronuntiatio, quàm modulatio quædã vocum numeroſa. Eſt enim & in oratione ſoluta pedũ ratio, licet nõ perinde certis aſtricta legibus vt in carmine: quæ ſi cõfundatur, nõ magis erit oratio quàm cantio cãtio, in qua graues cum acutis, longæ cum breuibus temere cõfunduntur. Vnde quidam priſcorum grammaticorum non inſcite dixerunt, accentum eſſe animam dictionis. Et tamen hodie talis eſt etiam eruditorũ pronuntiatio, qualis eſſet illa ridicula cantio. Scis opinor canere cithara. LEO. Vtcunque. VRS. Nónne frequenter imam chordam pulſans producis ſonos, & ſummam tangens breuibus inſonas? LEO. Frequenter, quanquam hoc diſcrimen euidentius eſt in flatili muſica. VRS. Vnde igitur nos ſumus vſqueadeo ἄμουσοι, vt omnes acutas ſyllabas ſonem productiore mora, graues omnes corripiamus? Vel ab aſinis licebat hoc diſcrimẽ diſcere, qui rudentes corripiunt acutam vocem, imam producũt. LEO. Idem propemodũ facit cuculus. VRS. Quatuor enim rationibus curatũ eſt à priſcis, vt omnes ſyllabæ, quantum licet, clarius audiantur, ne qua ſuffugiat aures, aſpi-

ratione,tono,productione & diphthongo.Cla rius enim auditur prima in hero q̃ in ero.Et magis auditur li in ligo,quàm in intélligo. Et ſonantior eſt prior in μῶμ℗ q̃ in μόν℗. Iti, dem in amāuérimus , ſonantior eſſe deberet ma ſecũda,quàm a,prima,in ama ſit iambus, uerimus tribrach⁹,niſi ꝙ prima triũ acuitur, & ob hoc ſonãtior,quaſi muſicus per breuem longam & tres breues ſonet , re fa re re re , ămāuérĭmŭs.In hac dictione ſonãtiores ſunt ſecunda,quia producta,& proxima tono acu, to,licet breuis. Quoniam autem vocales prin cipes ſunt ſonorum,diphthongum audibilio, rem faciunt duæ res, gemina vocalis, & pro, ductio moræ.Sonantior enim eſt prima in au dio, quàm in adeo & vdus, in ὄινος, quàm in ὄν℗ & ἴδω.Horum ſi nihil obſeruatur,quid eſt oratio,niſi incompoſitus vocum ſtrepitus? Iam intentio vocis & productio percipi non poteſt,niſi ex aliarum comparatione.Poteſt e, nim eadem eſſe breuis & longa,grauis & acu, ta,ſi ad alias atque alias cõparetur, veluti vox pueri grauis,acutior eſt voce viri acuta,& ſyl laba breuis ſic pronunciantis vt Cartuſiani pronũciant pſalmos feſtis diebus productior eſt longa, volubili lingua pronunciãtis quem, admodum ſacrifici quidam expediunt preces ſolennes,dum ad alia quæ ſunt cordi feſtinãt. LEO.Intelligo. VRS.Quin & idem inter di cendum nunc lentius pronunciat,nunc cele, rius, nunc demiſſius, nunc clarius, vtcunque

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sermonis ratio postularit. Nam & oratores in exordijs in quibus oportet sedatam esse dictionem, longiore mora pronunciant syllabas, quàm in affectibus vbi iam incaluit oratio. Atque adeo in hac oratione. Primum optimã spem de se præbebat, sobrius, quietus, placidus erga socios, obseruans & officiosus erga maiores, mox in diuersum versus, cœpit amare, potare, rapere, prodigere turpiter omnia: prior pars lentius sonatur quàm posterior. LEO. Fit idem à musicis. VRS. E proximis igitur petenda est & tonorum & morarũ differentia. LEO. Quæ proportio est breuis ad longam? VRS. Dupla, vt aiunt grammatici, verum in dicendo non est necesse tam exacte rationem obseruare, veluti fit in concentu musico, aut veluti si quis saltet ad citharam. Sat est si longa, sensibili mora distinguatur à breui. Nam fieri potest vt vna longa respondeat duabus breuibus, aut amplius: rursus vt respondeat vni breui & dimidio. Iam sunt dictiones duriores, quæ plus spatij postulant q̃ aliæ, præsertim monosyllabæ. Diutius enim sonat, stant tristes, quàm stant acies, nõ solum ob consonantes in eandem syllabam coeuntes, verum etiam ob sequentem syllabam, quã excipit, difficiliorem. Item plus moræ desiderat prima in structus, quàm prima in legero. LEO. Liberasti me magno scrupulo. VRS. Imò qui exactius super hisce rebus conscripsere, docent in quibus syllabis sufficiat vni-

cum tempus, in quibus vnum ſemis, in quibus duo ſemis, in quibus tria. LEO. Audio nouam muſicam. VRS. Haud tamen abſurdũ eſt, quod adferunt. Si vocalis, inquiunt, natura breuis eſt, & ſequitur vnica conſonans, eáque ſimplex, vnicum tempus obtinebit, vt cáput, λόγος. Rurſus vbi vocalem natura breuem, muta cum liquida ſequens, aut alioqui geminata, reddit ancipitem, tempus erit vnum ſemis, vt lachryma, recludo, cygnus, Atlas, τέκνον, τέκμαρσα, ἀναμνίσκω. quod à quibuſdam obſeruatur etiam in diuerſis dictionibus, vt Tribuláq;, traheæq;. Item, Terráſq; tractúſq; maris. Sed potiſſimum ſi tres ſint conſonantes, aut prior ſit ſ, habeátve incluſam, vt præmia ſcribe, a produci poterat, nec aliter produci volunt quidam quàm eliſione ſ, & littora Xerxes, quia ſequitur duplex. Iam quę natura vel poſitu longæ ſunt, harum duo ſunt tempora, vt dos, mors. Rurſum ſi vocali natura longæ adhæreat vna conſonans in eadem ſyllaba, in his tribuunt moræ tempora duo ſemis, hoc eſt, duo breuia, & ſemibreue, vt ſol. Porrò tria tempora volunt eſſe, quum vocalem natura longam duæ conſonantes ſequuntur, aut vna duplex, vt mons, rex. Huiuſmodi multa referebant ex authore Priſciano cuius authoritas ſi cui parum grauis eſt, habet ſimile quiddam Quintilianus libro nono, tractans de compoſitione. Teſtatur enim non omnes breues ac productas eſſe pares, ſed eſſe bre-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ues breuiores, ac breuiſſimas: contra longas, longiores, ac longiſſimas. exempli gratia producit verſiculum Maronis ex Tityro,

Agreſtem tenui muſam meditaris auena.

Quanquã hic noſtri codices habent Sylueſtrẽ pro Agreſtem, verũ id nihil ad rem: In Agreſtem duæ primæ ſyllabæ natura breues ſunt, & tamen gre, ſecunda, facit priorem longam. Dat igitur, inquit, aliquid ex ſuo tẽpore. Quomodo? ni habet plus quàm quæ breuiſſima, qualis ipſa eſſet detractis conſonantibus, nũc vnum tempus accommodat priori, & vnum accipit à ſequenti, ita duæ natura breues, poſitione ſunt temporum quatuor. Concurſus igitur mutæ & liquidæ in gre, tardiorem redderet ſyllabæ pronunciationem, etiam ſi nulla conſonans ſequeretur: nunc quia ſequitur ſt, duplicatur tarditas, vel triplicatur potius, cuius portionem tranſfert in primã natura breuem: tametſi Priſcianus non tribueret primę duo tempora, ſed tempus vnum ſemis, nec ſecundæ tribueret amplius, niſi ob vocalem vtrinque cinctam gemina conſonante. Verum hæc minutiora ſunt, potuiſſet enim omnibus breuibus geminum tempus aſſignari, ſi ita placuiſſet ſenatui populóq; Grãmatico, ita nihil opus fuiſſet temporis vnius ſectione. Aliquanto poſt Fabius non inficiatus, à ſcriptoribus traditum, finalem breuẽ pro longa accipi, aures tamen, inquit, conſulens meas intelligo multũ referre, vtrúmne longa ſit quæ cludit,

an prò longa. Neqꝫ enim tam plenum eſt dicere,incipientem timere,quàm illud,auſus eſt confiteri.Atqui ſi nihil refert,breuis an longa ſit vltima, idem pes erit. Verum neſcio quomodo ſedebit hoc, illud ſubſiſtet . Quo moti quidam,longæ vltimæ tria tempora dederũt, vt illud tempus quod breuis ex longa accipit, huic quoque accederet. Nec ſolum,inquit,refert,quis cludat,ſed quis ãtecedat. Vides Quintilianum ſenſiſſe diſcrimen inter longam & longiorem, breuem & breuiorem etiam in finali commatis clauſula, quanto magis id ſenſurus in curſu perpetuo vocum,aut in media dictione. Quòd ſi veterũ literæ nullum indicaſſent diſcrimen,tamen ipſe naturalis auriũ ſenſus non ſineret aliter iudicare. Quis enim non omnino ſtupidis auribus non intelligat, κυ minus habere difficultatis in κύωρ quàm in κύκλωψ,quum vtraqꝫ ſit breuis:rurſus tardiorem eſſe ſonum in κλωψ quàm in ωρ,quũ vtraque ſit natura longa, ſed illi morã addũt, quibus cingitur, conſonantes à fronte duæ,à tergo duplex:huic additum ρ, non difficultatem addit,ſed iucunditatem.Præterea quis nõ ſentit ωρ,facilioris eſſe ſoni, quum dico,κύωρ ἑρᾶ,quàm quum dico κύωρ τρέχᾳ. Item tardius ſonare κλωψ, quum dico κύκλωψ σρατηγᾷ,quàm quum κύκλωψ δρᾶ.In κύωρ ἑρᾶ ſex ſunt tempora,in κύωρ τρέχᾳ ſex ſemis.In κύκλωψ δρᾶ,ſeptem tẽpora,in κύκλωψ σρατηγᾷ,nouem ſemis,vt κλωψ,ſyllabę dimidiũ

temporis accedat ob moram, quam adfert cõ-
ſonantium colliſio. LEO. Haud procliue ſit
iſta diſcernere. VRS. Nihil facilius. Atq; adeo
miror hoc homini muſico videri, qui noris
quomodo vox, quam hodie maximam vocãt,
diuidant in lõgam. Rurſus quomodo longas
in breues, breues in ſemibreues, ſemibreues in
minimas, & has inſuper ſecant in pluſq̃ mini-
mas. tum nõ ignores quomodo proportioni-
bus, quas illi modos hodie vocant, varie pro-
ducant aut accelerent pronuntiationẽ. Quãq̃
hac ſubtilitate nihil eſt opus. Res fuerit eui-
dens, ſi, iuxta muſicos, breuem ſeces in ſemi-
breuem, ita in caput, erit breuis: in lacryma,
breuis cum ſemibreui: in da & fle, duę breues:
in ſol, duæ breues & ſemibreuis: in ſtirps &
rex, tres breues. LEO. Intelligo. Verum hãc
exquiſitam varietatẽ negant obſeruari in car-
mine pronũciando, ſed in oratione proſa ni-
hil vetat. At ego multo minus arbitror obſer-
uari poſſe in multorũ cõcentu, præſertim im-
peritorũ. Hinc enim, ni fallor, natũ eſt, quod
chorus Eccleſiaſticus nec in Pſalmis recitan-
dis, nec in Cãticis ſolennibus, vllũ habet bre-
uium aut longarum delectũ, ne tonorum qui-
dem admodum magnam rationẽ, ſed omnes
pari temporis mora ſonant, ne dũ alius aliud
ſonat, inæqualitas vocũ pariat indecorã cõfu-
ſionem. Et in cantu, ſi quando vocibus impa-
ribus vtũtur, inæqualitatẽ eam nõ ex natura
ſyllabarum, ſed ex ſuo arbitratu metiuntur.

Quanq̃ hoc genus cantionis nõ recipiũt, qui religionis ſunt auſterioris, ſed ſpondeis pronũtiant omnia. Non dubito tamẽ, quin Ambroſius ſuos hymnos obſeruatis ſyllabarum modulis canendos inſtituerit, eamq; cõſuetudinem arbitror valuiſſe, donec craſſior literarum inſcitia, & inconditus vocũ tumultus cõpulit ad hanc inæqualem æqualitatem confugere. Quin audiui cõcionatores ex hoc genere, qui quo pluris habeantur à populo, nouũ aliquid ac prodigioſum cõminiſcũtur, eodem tono, pari mora pronũtiãtes ſyllabas omnes, paribus etiam interuallis, quaſi ſingulæ ſyllabæ ſingulas abſoluerẽt dictiones, magna quidem admiratione plebis imperitæ, ſed æque magnò tum riſu, tum tædio doctorum hominum. Hoc enim vere eſt, quod ait Cicero, latrare, non loqui. Verum vt ad inſtitutum noſtra recurrat oratio: quemadmodũ in productione ſyllabarum plurimum habet momenti facilitas aut difficultas literarum vnde conflantur, ita neq; quicq̃ vetat, quo minus in eodem ſermone, nunc citatior, nunc lentior ſit pronuntiatio, modo in curſu verborũ, quàm Græci συνέπειαν appellant, inter vicinas proportio diſcernat moras temporum, ita in modulandis tonis non eſt eadem ac perpetua ratio, vt omnes acutas ſones ijſdem chordis, ſeu graues, aut circunflexas: licet enim pro ſenſuum & affectuum varietate, nunc intenſiore, nunc depreſſiore linguæ ſono vti: ex proxi-

me pręcedentibus ac proxime ſequẽtibus diſtinguere vocis modulationẽ ſat erit. Nõ enim ſemper pari ſpatio vox acuta vltra grauẽ intenditur, ſed vtcunq; cõmodum eſt, aut vt ſermonis natura poſtulabit, remiſſior aut ardentior. Interdum enim ad ſemitonium, interdũ ad tonum, nonnunq; ad ditonum, aliàs ad τὼ διὰ τεσσάρων, aut διὰ πέντε tollitur. Quidã etiam altius, ſed iam indecore, nec citra ſpeciẽ inſaniæ, quæ hoc eſt euidentior, quo id faciũt crebrius, maxime quum ſenſus nullam vocis mutationẽ poſtulet. Tota hæc modulandi ratio intra heptachordi modos cõſiſtit. Rurſus in depreſſione vocis eadem eſt ratio, nec anxie ſeruandum eſt, vt omnes, quemadmodũ dixi, ſyllabæ eodem tenore, velut eadem ſonentur chorda, præter eam quæ acuitur: quod genus ſi dicas legeramus, abominanda, horrenda, nõ referenda, prima legeramus poteſt ſonari in nete (fingamus enim hanc eſſe, quæ grauiſſimam ædit vocẽ) ſecunda in paranete, tertia in parameſe, quarta rurſus in paranete. Rurſum in abominanda, primæ duæ ſonari poſſunt in parameſe, tertia in meſe, quarta in parypate, quinta in meſe. Itẽ horrẽda, prima ſonari poteſt ĩ lichano, ſecũda in hypate, tertia in parypate. Deniq;, nõ referẽda, primã ſones licebit in parameſe, proximã in paranete, antepenultimam in nete, penultimam in parameſe, vltimam in nete. LEO. Hic deſydero meã citharam. Sed age dic quo pacto diſcernitur acutus

tonus à circũflexo? VRS. Duplici nota, productione temporis & intentione vocis, vt lentiore, ita remiſſiore. Non huc accerſam muſicorum ſubtilitates, qui diſtingũt tonum ac ſemitonium, diuidũt per apotomas, dieſes, commata, ſchiſmata, & diaſchiſmata. Nobis ad hãc rem ſufficit diſcrimen toni, ſemitonij, ſi vis & ditoni. Sit igitur hoc diſcrimen inter acutũ & inflexũ, quod inter tonum & ſemitoniũ, aut ſi hoc videtur obſcurius, quod inter tonũ & ditonũ. Et hoc diſcrimen Latini prorſus negligunt, quũ quoties penultimã natura longam excipit vltima breuis, in priore loco ſit circũflexus accentus, nõ acutus. Vîdi, primã habet acutam: vîdit, primam habet circũflexã, illud perinde ſonat quaſi dicas fa re (nam docendi gratia, craſſius eſt loquendum) hoc quaſi dicas fa mi, aut ſi ſyllabam, cui tonus additur, conferas cum præcedẽte, acutus perinde ſonabit, quaſi dicas re mi, perfecto tono: circunflexus quaſi dicas mi fa, quia ſemitonium eſt. Quod ſi cuius aures ſunt ebetiores q̃ vt hãc ſentiãt differentiam, ſit acutus fa vt, aut vt fa, circunflexus fa re, aut re fa, prout ſyllabam intendẽdam cũ præcedenti aut ſequenti cõferes. Hæc quũ diſcreuerint veteres & vſu & præceptis, an non piaculum eſt nos hoc diſcrimen in totum negligere? Quis enim nũc diſcernit pronũtians inter has, crêta, mûſa, Rôma, mêta, vêna, nominãdi vocandiúe caſu, & créta, múſa, Róma, méta, véna, auferendi caſu? LEO.

Certe nemo. VRS. Rursus inter lûctus recto casu, & lúctus paterno casu? Atqui in priorib⁹ est trocheus, & prior syllaba tonũ habet circũflexum, ob vltimam breuem, in altera prior habet acutũ, propter sequentem productam. LEO. Audiui veteribus vltimam semper habitam pro ancipiti. VRS. Verũ vltimam carminis, non cuiuslibet dictionis, & quod veniæ datur in carmine, fortasse dabitur & in colis, aut periodis, tametsi ne illic quidẽ, nisi vt pro breui sones longã, non contrá. In synepia vero nequaq̃ idem licuerit. Et quãquam euidentius breuis ac longæ discrimen est, vocalẽ excipiente consonante, vt frûctus & frúctus, vt post docebimus: tamẽ apud veteres finalis vocalis, nulla sequente consequẽte, manifesto discrimine signabatur. Id esse verũ liquet ex Diomede grãmatico, qui docet o in fine verborum solere produci, Græcorũ exemplo, qui vt λέγω dicunt & τύπτω, ita illi dīco & cédo: Post, inquit, vsus intantum obinuit, vocalem hanc haberi pro ancipiti, vt ridiculus esset qui non corriperet. At vnde deprehendebat hoc irrisor ille, si tum pronuntiabant vt nos pronũciamus hodie? Nimirũ ex accentu, & mora tẽporis, præsertim in cursu. Qui producebat, dicebat dīco tĭbi. Iã duæ dictiones habebant sex tempora, & syllaba prior in vtraq̃ tãtum habebat acutum: qui corripiebat, ita sonabat, dĭco tĭbi, & eædem dictiones non habebant nisi quinq̃ tẽpora. Itidem si dicas, amo pecu-

niam,facile dignoſcent aures an ſones iambos duos & pyrrhichiũ, an tribrachũ & dactylũ. LEO. Monitus ſentio. VRS. Nunc aliam accipe fabulam,quæ rem eandem doceat. Quintilianus libro duodecimo narrat ruſticũ quendam teſtem interrogatũ an noſſet Amphionẽ, negaſſe. At cuius intererat illum noſſe hominem,quum eſſet minime ſtultus,ſuſpicatus eſt id quod erat,ruſticũ hominem quidem noſſe, ſed non agnoſcere vocem parum ruſtice pronuntiatã. Itaq; veluti de altero percontans,rogauit an noſſet Ampĭonẽ, videlicet aſpiratione ſublata,& ſecũda ſyllaba breuiata:protinus agnouit Ampĭonẽ,qui Amphionẽ non nouerat. Hic accentus quoniam anteit penultimã, non indicat diſcrimen quantitatis ſyllabicæ, quũ enim penultima ſit breuis,in antecedenti tonus ſit oportet, ſiue corripiatur illa, ſiue porrigatur. Vnde igitur ruſticus ille diſcernebat à longa breuem? Nec enim refert ad dignoſcendi facultatem, quod apud ruſticos vitioſe corripiebatur. Sic eſſe pronuntiandũ existimabat,hoc mihi ſatis eſt,quòd aurium iudicio ſecreuit breuem à longa. Vnde inquã? Nõ accentu,vt modo dicebam, ſed mora temporis. Quum enim vrbane pronuntiaret Amphíonem,Ionicus erat ἀπὸ μείζονος, hoc eſt, ſpondeus cum pyrrichio : quum Ampĭonem more ruſticorum, trocheus erat cum pyrrhichio. Nũ hæc tibi vidẽtur ſatis aperta? LEO. Non habeo quod contradicam. VRS. Accipe

quod his omnibus euidentius est. Tot authores apud Græcos scriptores de numeris orationis conscripserũt, inter quos sunt Aristoteles ac Theophrastus, si rhetores cõtemnimus: tot apud Latinos, præsertim M. Tullium & Quintilianus. At oratio numerosa, quibus rebus cõstat? LEO. Pedibus opinor. VRS. Recte, nã ijsdem pedibus cõstat oratio soluta quibus carmen, nisi quòd non æque certis legibus inter se iunguntur. At pedes vnde constant? LEO. Ex breuiũ ac longarũ syllabarũ inter se cõnexione. VRS. Rursus quare discrepat à breui longa? LEO. Porrectiore mora pronuntiandi. VRS. Si tum cõfundebatur longarum ac breuium discrimen, quemadmodum hodie facimus, quorsum attinebat celebres & graues viros tot voluminibus præcipere de numerosa dictione? Ac Romæ quidem quoniam Democratia, propter senatus authoritatem temperata erat Aristocratia: multa apud populum, nonnulla etiam in senatu agebantur. Athenis autem quòd esset Democratia pura, omnia agebantur apud populum. Quòd si plebes imperita non discernebat longas à breuibus, quorsum opus erat Demosthenem, olei simul & somni iactura hac solicitudine discruciari? Sin indocta multitudo bene modulatis delectabatur, rursus male compositis offendebatur, qua fronte nos nobis loqui videmur, qui præter accentus nullum in syllabis discrimen facimus, atque hic ipse accentus

frequenter in cauſa eſt,vt pro breui ſonemus longã.Fruſtra tam operoſe præcipitur,qui pedes cõgruãt initijs & clauſulis, inciſorũ,membrorum,& periodorũ,ſi noſtri arbitrij eſt pro breuibus lõgas,pro lõgis ſonare breues.Quur in medijs vitabãt immodicã ſyllabarũ celeritatẽ,quæ ſic offendebat aures,vt puerilitũ crepitaculorũ ſtrepitus,vnde Ariſtoteles eiuſmodi cõpoſitionẽ chordacẽ appellat, ſi vbicunq; tonus eſt,licet ſonare productã?vt mulier,faciat dactylũ nõ tribrachũ,& temeritas faciat diiambũ,non pæonẽ quartũ,qui cõſtat pyrrhichio & iambo. Animula miſera perijt,ſi pronunties vt oportet, offendũtur aures eruditæ concurſu breuiũ,quaſi tu τὴν χόρδακα ſaltanti canas,aut τὴν τετανολό. At nos hic ſonamus diiambũ in animula,duos dactylos in miſera perijt. Quur quibuſdã viſum eſt durius, quod Marcus Tullius in clauſula poſuerit,balneatori & archipiratæ : Demoſthenes, ὦ ἄνδρες καὶ πάσαις,qui finis eſt iãbici Scazõtis cõſtãs ex Trochæo & Moloſſo,ſi nobis licet,balneatori,tribracho & ſpõdeo,archipiratæ dactylo & ſpõdeo ſonare. Rurſus quur laudatur hæc eiuſdẽ cõpoſitio,ijſdẽ in armis fui,quod in armis fui,ſpõdeus iambo præponitur,aut quòd ijſdẽ in armis fui, ſint duo cretici, ſi nobis licet,vt ferè facim⁹,ſonare dactylũ,& dichoreũ, in ĭjſdĕm ĭn,& ārmĭs,fūĭ?Siquidẽ tono deceptı,priorẽ in fui,producim⁹. Aut qua ratione probatur illa Ciceronis clauſula,criminis cau-

sa, quia spondeum præcedit creticus, si nobis permittimus creticū vertere in dactylū, quod improbatur ab artis scriptoribus? Idem dicere possum de clausula Ciceronis, verum etiam no ta, in qua spōdeus succedit anapæsto, si nobis liberum est pro anapæsto sonare dactylū, vt ferè nunc vulgo sonāt etiam docti. Quur illa Ciceronis clausula doctis olim visa est felix, pa tris dictum sapiens, temeritas filij comproba uit, quòd vltima dictio dichoreum absoluat, si tum liberū erat pro dichoreo sonare pæonem tertium, hoc est pyrrhichiū ac trocheum. Sed exemplorū plus satis. Vides quantam syluam adferre queam, sed hæc declarandæ rei abun de, ni fallor, sufficiūt. LEO. Mihi sanè super sunt etiam. Cæterū nunc aures ista non iju dicant. VRS. Quid causæ, nisi quòd aures ha bemus asininas? quibus nō placet luscinię can tio modulatissima. Et tamen istæ aures in mu sarum donis plus quàm asininæ, in saltationi bus ineptis, in ebrijs cantionibus sentiunt lon gæ, breuis, acutæ, demissæ, mediæq; vocis dis crimen. LEO. Sic est: vbi intenderis animū, ibi valet. Si hæc sunt vera quæ narras, vt sunt profecto verissima, nullus hoc tempore sonat Latine. VRS. Adde ne Græce quidē, vtcunq; nobis placemus. LEO. Multi quærunt in vo cibus Græcis, quas vsurpatione, sui iuris fece runt Latini, quæ ratio accentuū sit obseruan da. VRS. Istuc expedire perfacile est. Si vox deflexa est ad normam Latinæ declinationis,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

seruetur accẽtus Latini regula. Id præterquã quod iustius est, etiam commodius est. LEO. Quã ob remꝰ VRS. Quia apud Latinos perpetua ratio est, Græci variãt, eo ꝙ Latini ferè spectãt penultimã in polysyllabis: in dissyllabis tonus propè semper est in priore, nec aliũde aliò migrat, quemadmodũ apud Græcos. LEO. Exẽplo rem feceris dilucidiorẽ. VRS. Quidã malunt dicere grãmatice, grãmatices, grãmaticén Greco more, quàm Latino. Atqui Latine si dicas, tonus semper erit in ea quæ tertia est ab vltima, alioqui grammatica, penultimam habebit acutam: grãmatices paternus casus, & grammatice datiuus circunflexum: rursus o grammatica acutum, quanquam in septimo casu cogeris esse Latinus. Item qui Timotheus dicit Latine, semper acuit antepenultimam, & hactenus conuenit cum Græcis quoties vltima corripitur. Cæterum quoties vltima fit longa, tonus migrat iuxta Græcos in penultimam, vt Timothéi, Timothéo: in Timotheum remigrat in locum suum. LEO. Expeditius itaqꝫ dicemus sóphia prima acuta, & philosóphia antepenultima acuta? VRS. Sic opinor. Nam quòd Christiani quidã tantum tribuerunt accentui Græco, vt in metro quoque syllabam natura lõgam corripuerint, velut in idola, & paraclitus ecclesia, & si quæ sunt aliæ, condonandum arbitror pietati potius quàm imitãdum. LEO. Explana, quæso, crassius, quo sono discernatur natura lõga vo-

calis à breui. VR S. Id'ne putes rem nouam, dilucide patet in linguis vulgaribus, quę & ſono & ſcriptura diſcernunt longam à breui, longam aut geminata vocali ſcribentes, aut addita vocali vertentes in dipthongum. Dic Batauice album, ſentis vnicum i: dic latum, ſentis geminum, qum tamen dictio ſit monoſyllaba. Audis apud machinas quibus onera tolluntur è nauibus, quoties iubẽt volui rotam, ſimplex i: quoties vinum poſtulãt, geminum. Rurſum dic Batauice lagenam, audis vnicũ e: dic Flandrice carnem, audis geminum. Item diſcrimẽ in optimo, & beſtia: vltimo & forma calcearia. Dic Batauice pellem, audis vnicum e, dic multum Brabantice, audis duo. Item Batauice puteum, audis u ſimplex, dic extra, audis geminum, niſi mauis hic eſſe peculiarem diphthongum. Item dic Anglice panem, audis e breue, dic Batauice latum, audis ee geminum. Dic obeſum Batauice, audis e breue, dic ſimultatẽ, audis porrectum. Dic Batauice rotam, audis a breue. Dic conſilium, audis diphthongum æ. Idem fit in foramine, & vadite: in balneo, & lucro. LEO. Iam mihi ſuccurrunt iſtius generis exempla innumera. VR S. Quo magis mirum eſt nos hæc omnia cõfundere ſeu Greçce, ſeu Latine loquẽtes. θὴę natura longũ excepta prima litera, quid aliud ſonat hodie q̃ apud Latinos vir? quod natura breue eſt. Item πῦę, nos ſequuti Greçcos male pronũciamus quum Germani vocẽ eam à Græcis ſumptam recte

wit
wijt.
win
wijn.
Vles
Vlees.
Beſt
Beeſt.
Leſt.
Leeſt.
Vel
Veel.
Put
Vut.
Bret
Breet.
Vet
Veet.
Rat
Raet.
Gat
Gaet.
Bat
Baet.

ſonent , niſi quòd tenuem vertunt in aſpira-tam. Bataui in u conſonans. πᾶς nos male ſo namus, Galli recte, quum humile dicunt aut paſſum. LEO. Sic eſt profecto. VRS. Iam in θὴς, quod ipſum ad nos fluxit â Græcis, Bata-uica lingua dum ſonat dier , θ mutato in ð, declarat quid ſonuerit apud Græcos θὴς. Ad hæc quid aliud ſonat mus in animãte longũ, quàm in dictione mimus breue? LEO. Nihil prorſus. VRS. Atqui diſcrimen docet Bata-uus ſonans animantis vocabulum, in quo au-dis geminum u: ſi ſones ſimplex, nullus quid velis intelliget Latine neſciens . Tantum eſt diſcriminis in mora ſyllabæ , quod nos per-inde ac ſi nullius ſit momenti, planè negligi-mus. Nihil enim aliud ſonat nobis hodie las in puellas, quàm in Pallas: es in res, quàm in verbo es: lis in facilis, quàm in lis, vnde litis: or in ἔκτως, quàm in vincor: lus in nullus q̃ palus & ſalus. Atq; item de cæteris, nec vllo modo dubitandum quin veteres diſtinxerint manifeſto vocis diſcrimine. Ne quis autẽ ex-iſtimet hoc vſqueadeo barbaricũ eſſe de quo loquimur, pręter alios Grammaticos & Quin tilianus ipſe prodidit, Latinos vſque ad Actij poetæ tempora & vltra, vocalem productam, per eandem geminatam notare ſolitos veluti ſi ſcribas, vaanus pro vanus, turbaas pro tur bas, rees, pro res, lijs pro lis, doos pro dos, ſa-luus gemina vocali pro ſalus. Si nullum erat diſcrimen, vnde priſcis tanta huius rei cura?

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nunc vero quid intereſt inter priorem ſylla-bam in mála adiectiuo, & mâla ſubſtantiuo quod illis erat maala. Inter finalem is, huius verbi legis, & finalem audis, quod illi ſcribe-bant audijs. Inter legi à legor,& legi à lego, quod illis erat leegi. Inter viuis verbum & vi-uis nomen,quod illi viuijs:inter δος Gręcum verbum,& dos dotis, quod illi doos. Inter vl-timam, manus genitiui, & vltimam, vulnus. LEO. Deum immortalem, quantum à recta pronũciatione degenerauimus. VRS. In Græ cis propè grauius etiam aberratum eſt. Quis enim diſtinguit inter τύπτομαι indicatiuum, & τύπτωμαι ſubiunctiuum? Aut quis inter ας in ἀινείας, & as in λαμπὰς: inter καλὸς nomen,& καλῶς aduerbium:inter κύριε & κυρίως, ſi tonum tollas, quum ipſum ω ex duobus o puſillis conflatũ admonere nos de-buerit & productionis & ſoni? Quod ſi nihil aliud ſonabat o quàm ω, quid ſibi vult quod grammatici tantopere prædicant ω,grandius quiddam reſonans è ſpecu oris? Quid autem facilius quàm eandem vocalem duplicatam, non ictu vocis,ſed productione ſonare? Id fa-cillime percipiet, qui primum pro vna ſona-rit duas, quemadmodum ſolent nondum ab-ſoluti muſici, quo certius canant ad ictũ ma-nus, longam diducunt in duas breues:rurſus eadem mora,perpetuo ſono pronũciant ean-dem longam,animo tantum imaginantes ge-minum vocis ictum. Simili ratione complu-

res breues,aut etiam lõgas cõtinuo ſono pro-
nunciant,nec errant in moris,animo ſupputã
tes interualla,non voce. Sic apud Latinos ex
tibijcen factum eſt tibîcen.Igitur vt recte ſo-
nes legi à lego,primum fac vocem triſyllabã,
& dic léegi prima acuta , deinde pari mora ,
ſed voce cõtinua légi,vt hæc vox quatuor tẽ-
poribus extendatur , quũ légi à legor conſtet
trib⁹. Vt recte ſones lege à lex,dic léege,mox
inflexa priore,lêge,vt dictio conſtet tribus tẽ
poribus, quum lege verbum conſtet duobus.
Item dic lúctuus triſyllabῶs, mox luctūs ex-
tento u.Dic máala, mox mâla quum arboris
fructum indicas. LEO. Tu quidem craſſiſſi-
me doces. VRS. Nimirum craſſis tradenda. I-
tidem qui volet aſſueſcere pronunciãdis diph
thongis,primum diuidat,deinde contrahat in
eãdem vocem:primũ ſonet muſae,deinde mu
ſæ:primum foenum, mox fœnum: primũ au-
dio tretraſyllabum , mox audio triſyllabum:
primum euge triſyllabum,mox euge diſſylla-
bum,ſic vt vtranq; vocalem liceat agnoſcere,
quamuis ſono confuſo . Idem in dipthongis
Græcis, vt πάϊς παῖς. ἀημοσθένεϊ ἀημοσθένει,
ὄϊν@ οἶν@ μόϋσα,per u Gallicum μοῦσα.Si-
milis in Græcis pro doctis eſt exercitatio.Pri
mum dic ἀινείαας,mox conflato ſono in lon-
gam ἀινείας.Item ϰ,diduc in duo ee ore didu
ctiore,aut in duo a Scotica, & dic γραμματι-
κέες,mox perpetua voce grãmatikῆς, memor
prioris ſoni,vt κὴς id ſonet quod apud Gallos

ſonat ſed, apud Zelandos caſeus. Similiter μυύς per u Gallicũ, deinde μῦς. Item καλοὸς, mox καλῶς. LEO. Video facillime diſcerni vocalẽ longam à breui, ſi conſonans finiat ſyllabam, vt in audis, legis: at non perinde facile, quoties vocalis claudit ſyllabam. Quum enim dico is ab eo, ſic enuncio quemadmodũ Bataui glaciem: quũ lis vnde litis, ſic effero queadmodum Gallus ſonat lília. At minus eſt euidens diſcrimẽ in colo verbo, & colo nomine. in mâla ſubſtantiuo & mála adiectiuo: in pútet à puto, & pûtet à puteo verbo. Accentus enim obſcurum habet diſcrimen, niſi mora prolationis acceſſerit, nec ea facile ſentitur, niſi in contextu, quã, vt dixi, Græci vocant συνέπειαν, veluti ſi dicas, da bóna mâla, ex duabus breuibꝰ præcedentibus & vna ſequẽte, ſentitur a, productũ in mâla. Item ex bo, acuto ſentitur ma circunflexuum. Hinc iocus ille Plautinus, quũ Soſia heræ minanti magnum malum, mutato accentu reſpondet prẽgnanti potius eſſe dandũ mâlum, vt quod obrodat ſit, animo, ſi male eſſe occœperit. Verum his in rebus emendatior eſt Germanorum lingua q̃ Gallorum, qui finales ſyllabas omnes ferè producũt, niſi ſi qui vulgatam pronunciationẽ dedidicerũt, atq; item cæteras pleraſque: ita ſonant caput quaſi geminũ haberet u, & audit, dicit, ſimiliter, maxime vero quũ dictio deſinit in s. Itaq; recte pronũciant ſalus, virtus & fructꝰ gignẽdi caſu, quæ nos cõfundimus: at non recte eo-

ijs lijs.

dem ſono pronũtiant,dominus & ſeruus:mus & Ieſus recte ſonant , at non recte minus & læſus. Recte ſonant audis,venis, neſcis:at nõ recte,audit,venit,neſcit,aut nõ recte, ſcribis, legis,dicis. Bene ſonant os,mos, flos, at non bene σοφὸς,καλὸς,κύρι&. Eſt igitur hic quod diſcamus à Gallis, eſt quod illi viciſſim diſcãt à Germanis. In medijs item ac primis ſyllabis amant porrigere vocales, velut quum dicunt,arma,licet a,ſit poſitu longa, tamẽ perinde ſonant quaſi ſit geminum a,aarma ſono continuo. Id quo poſſint commodius, elidunt è duabus ſequentibus mutis alteram , ſonantes mama pro mamma, & alium pro allium, aduco pro adduco,atero pro attero, valo pro vallo , anuus pro annuus. LEO. Suggeris animo quiddam, de quo frequenter addubitaui . Grammatici diſtinguunt vocalem natura longam, & poſitu longam. At apud Latinos quum omnes ſint ancipites, eóq; dicantur natura longæ quæ poſitu longæ non ſunt,eſt'ne ratio qua per ſonũ poſſim dignoſcere? VRS. Et hoc te docebit vulgata Gallorum pronuntiatio,qui omnes ferè ſonant vt natura lõgas, duas conſonãtes aut vnam geminam voce ſeparantes à vocali præcedenti. Nos enim vidiſti,ſonamus,vt penultima ſyllaba deſinat in s, vltima incipiat à t: Gallus penultimam finit in i,& vltimam incipit à ſt. Rex,lex,fex & pax & natura & poſitu longas Galli recte ſonant:at fax tantum poſitu longam, nõ item.

LEO. Sed præter discrimen soni, vnde liquet positúne, an natura sit longa vocalis? V R S. Ex cognatis dictionibus hoc elucebit, in quibus abest altera consonantium, velut in amasti, a, natura longum esse declarat, quod & in amare sit longum, & in amati, quum absunt cõsonantes. Idem apparet in regis, legis, fecis & pacis. Contrà in face, in noceo, vnde noxa, in Arabe & trabe declaratur vocalis recti esse positu non natura longa. Rursus in τέτυφα & τύφω: manifestũ est υ positu non natura longum esse in τύπτω, τύψω & similibus. Eadem est ratio in κύκνω priore ancipite: proinde qui duas consonãtes separat à præcedenti vocali, si producte pronũtiat, declarat natura lõgam esse: sin alteram partitur priori vocali, alteram posteriori, significat positu longã. Qui in κύκνω sonat priorem breuem, cõsonantẽ vtranq; iungit posteriori vocali. Sic Horatius Donatura cygni si libeat sonũ. &, Forma captiuæ dominũ Tecmessæ: cmes, separandum est à te. Quanq; est nõnullis sua quædam pronuntiandi ratio, quę iubet consonantes posterioribus vocalibus annectere, seu diducere, velut in Atlas, & aruspex, quoniam prius cõpositum est à τλάω, & α, particula vehementiæ: rectius, τλ, separatur à prima vocali, quemadmodũ in ἄσαχυς. Posterius compositũ ex ara & specio siue specto, sp rectius annectitur vocali sequenti. Contrà est in abstemio, quoniam dictum est ab abstinentia temeti, s, melius an-

nectitur primę ſyllabę. Quãq̃ hęc magis pertinẽt ad orthographiã q̃ ad pronũtiationem.

LEO. De vocalib⁹ & accẽtib⁹ videor mihi ſatis inſtruct⁹. Supereſt vt de cęteris itẽ cõſonãtibus nobis ediſſeras.

VRS. Referã quod memoria ſuggerit. Tres ſũt mutarũ ordines, primus eſt p tenuis, b medię, ph aſpiratę, quã Grę ci propriã habẽt φ: ſecũdus c tenuis, g mediæ, & ch ſiue χ aſpiratæ. terti⁹ t tenuis, g medię & th, ſiue θ aſpiratæ. Atq̃ hę potiſſimũ mutæ dicũtur, quòd ne ſibilũ quidem, aut ſtridorẽ, aut ſtrepitũ vllũ ædere poſſint, niſi vocalis addita ſonũ expediat. P ſonatur dum cõpreſſis labijs, ſpiritus ex arteria prorumpẽs ¸diducit os addita vocali, quæ ſi præcedat mutã, vocalis velut obmuteſcit: exempla ſint, pa, ap: vnde Fabius hoc tribuit felicitati linguæ Græcanicæ, quod nullam habeant vocem deſinentẽ in vllam mutam, nec in m, quæ & ipſa velut obruit vocem ore compreſſo. Conſimili ratione promitur b, niſi quòd leniore compreſſu labiorũ vox exit, ſed paulo largiore ſpiritu largiſſimo φ ſiue ph. Euidens diſcrimen ſenties, ſi continenter pronunties, pe, be, phe. C vero reducta introrſum lingua, & hinc atq̃ hinc ad molares illiſa, hærentem intra os ſonum propellit in palatum ſuperius: nec aliter ſonatur g, niſi quòd lenius exit, & paulo largiore ſpiritu quã chi plurimo flatu proferatur: diſcrimen ſenties ſi ſonueris co, go, cho. T, ſonabis, ſi ſumma lingua pulſaris ſupernos & infernos den-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tes, eos quos Græci, ni fallor, τομεῖς appellãt modice diductos. D crassius erũpit: th crassissime. Eadem est sonandi ratio in duplicib⁹, vt ψάλλω, ξένῳ, γάξα: aut in compositis, velut in ϖλύω, πνέω, φράξω. Item in κτάομαι, κτῆμα κνίσα, γνῶναι, χνούς, τλάω, βλέω. Rursus in τμῆμα, τμῶλῳ, ϖλμῶνες, θλάω, θνητὸς & alijs huius formæ. Nunc expendamus quãtum in his à germano sono degenerauerim⁹: Græci pro π sonant b Latinũ, si m litera præcedat, vt ἔμπορῳ emboros, συμπαίζομαι symbæzomæ, συμπόσιον symbosion. Id durius fit, quum idem faciũt in diuersis dictionibus, mutato etiam sono μ in μ, vt ἐμ πρώτῳ embroto, ἐμ πυρὶ embyri. Et hoc mutuamur à vulgi delicijs. Nec enim huiusce rei vlla mẽtio fit apud veteres, vsqueadeo ĩ cæteris minutijs tradẽdis penè dixerã supstitiosos. Rursus pro β sonãt v nostrũ cõsonãs βάτραχῳ vatrachos, ἀμβρόσιος amurosios, quũ ꝓbabile sit β apud priscos Græcos idem sonuisse quod apud Latinos sonabat b. L E O. Quib⁹ in hãc sentẽtiã duceris argumentis? V R S. Primũ est, quod ex tot Grãmatices scriptorib⁹ nemo varietatis hui⁹ facit mẽtionẽ. Hoc si leue est, dicã aliud. M. Tullius in epistola quadã ad Petũ, vt demonstret eandem vocẽ apud alios obscœnam esse, quæ apud alios sit verecunda: nec in verbo turpitudinem esse, sed in sensu loquentis, producit bini, & βίνα, quæ Latinis sit pudica, Græcis obscœna. Atqui si βίνα sonabat

tum Græcis,quod vulgo ſonat hodie,nõ erat vox eadem apud vtranq; gentem,nihilo magis q̃ apud Latinos bini & vini. LEO. Probabile eſt quod narras. VRS. Arguit idem Græcanicarum vocũ vſurpatio. Quod enim Græci dicũt βοῦς, nos dicimus bos: & quod illi βοᾶν, nos boare: quod illi, τυς βᾶν, nos turbare: quod illi βαλανεῖον, nos balneum. Quid autẽ infinita perſequor? Et ſi quid detorquemus, in diuerſam partẽ id facimus citius, veluti quum pro βαβαὶ dicimus papæ'. Hic peccãt & eruditi, vulgus autem, & qui vulgatam pronũtiationẽ non dedidicerunt, interdum pro b pronuntiant v conſonans, & contrà, vt bibit pro viuit, & viuit, p bibit. Id peculiare dicitur cuidam Hiſpaniarũ regioni. Audiuimus & Gallos aliquot ad eundẽ modum ſonãtes. Sunt & apud Germanos, qui pro b ſonent p, & contrà, vt pipere pro bibere, & biper pro piper. LEO. Frequẽter iſtiuſmodi voces audiſſe memini. VRS. Imò & in libris manu deſcriptis huius pronũtiationis veſtigia ſæpe deprehendimus, vt pabtiſmus pro baptiſmus, & velle p belle, & bictus pro pictus, βάτ@ pro πάτος. Sed plꝰ etiã eſt erroris in c, cui reſpõdet apud Græcos κ. Aliud enim ſonat Latinis quũ præcedit e,i,y,æ,œ,q̃ cũ antecedit, a,o,v, vt in ceres, cinis, cynicus, cœlũ, cæcus. aliud in canis, colo & curo. Nam in illis vulgus noſtratium penè nihil diſcernit inter c & ſ, vt vix aures dijudicent cœnæ dicas à cœna, an ſene à ſe-

nex:& vtrũ ſilicem pro lapide, an Cilicẽ pro gente:citum â cio,an ſitum pro poſitum. In Sicilia,primæ ſyllabæ ſonum ægre dignoſcas à ſono proximæ. Qua quidẽ in re minus peccant Itali,præſertim Romani,qui tametſi nõ prorſus eodẽ modo ſonãt c,ante vocales omnes,tamen ita pronũtiant,vt manifeſto diſcrimine dignoſcas c,literã ab ſ,linguam in latus dentium læuum intorquentes in Cicero,Cæſar,& Cyrus.in alijs tamẽ minus eſt craſſitudinis,vt in canis,colo & cura. Difficilior autẽ eſt huius literæ diſtinctio,quoties præcedit ſ, vt in ſcio & Scytha,reſciſcit,aſciſcit,quam tamen euidẽter ac feliciter exprimũt Romani, nos mire cõfundimus. Nos hic & alio peccamus modo,ſpiritũ addentes c,quoties antecedit s,& ſequitur a vel v, ſchando ſonãtes pro ſcando,& ſchutũ pro ſcutũ. Quin & Græci κ ſuũ craſſius ſonãt,quaſi vergens ad γ,ac ſibili nonnihil meditans, quoties præcedit vocales aut diphthõgos ε,ι,η,υ,αι,ει,οι,υ,ϙ in cęteris. Nec dubiũ quin hæc differentia profecta ſit à vulgo, quũ nemo veterũ id ſcripto prodidit, quãdo tamẽ alijs de rebus minutiſſimis plurima cõſcripſerint. Ex linguis autẽ popularib⁹, quas cõſtat olim lingua Gręca ꝑmixtas fuiſſe, cõijcere licet,κ ãtevocales quaſlibet perpetuũ ſuũ obtinuiſſe ſonũ. Sic Germani vulgo ſonãt Cæſarem,Bataui ſilicem,ſic Picardi ici, quod imitatum eſt à Græco ἐκεῖ. Nec me fugit hãc Galliæ partem ob pronuntiationem rideri à

cæteris, retinet tamen manifestiora Græcę Latinæq; linguæ vestigia. Rursus si quis audiat Anglum petentẽ osculum, agnoscet Græcum κῦσαι, in qua voce nos pro υ Græco sonamus u Gallicũ. Et in nostrate lingua, quoties illud tenue volumus exprimere, pro c scribimus k,
Meyskin kindt. kennẽ. kemmẽ. kynne. kyl. kyng. kiep.
non aliter sonantes eam in ky, quàm in ka, veluti quum diminutiue dicimus, puellã, aut puerum non diminute, aut nosse, aut pectere, aut mentum. Et Angli dicunt iugulo, aut regem, aut serua. Nec defuere Latini, qui non patiebantur c præponi a, vt ca, sed κa scribendum censuerunt, quod ab eruditis reiectum est, negantibus hic opus esse litera Græcorum commodatitia, quum c suum natiuum sonum ad omnes vocales deferat. Probabile est igitur & apud Græcos κ, & apud Latinos c, eodẽ fuisse sono, quacunq; vocali sequente. Nam Latini k propemodum pro superflua duxerunt, quemadmodum & q, quibus vix vtebantur, nisi quũ vnica litera signarent totam dictionem, vt Q. pro quinto, k, pro kalendis. Atqui superuacanea non est, si nostrum c crebro proxime accedit ad vocem s. Postremo vel à ranis discere licet quod narro. Nam his hæc litera peculiaris est, quum audimus illas quotidie modulantes illud suum βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοὰξ, in quo non percipitur illud crassius, & ad γ sibilũq; vergens, quod nunc audimus in vulgata Græcorum pronuntiatione. L E O. Certum est argumentũ. Nam ranæ non mutant cantionem

ſuam tot iam ſeculis, quum homines nihil ſi-
nant eſſe diuturnũ. VRS. Non abſurde dicis,
ſiquidem ranis lingua ſumma religata eſt, po-
ſtrema quæ fauces ſpectat libera, vt aliter ſo-
nare nõ poſſint. Iam mediã quę eſt γ, vel g, La-
tini non ſemper eodẽ enuntiant ſono. LEO.
Qui ſic? VRS. Quũ dicis vaga, vago, exiguus,
nónne aliud audis, quàm quũ dicis, vage, vagis?
LEO. Prorſus. Nã in ga & go & gu, audio ne-
ſcio quid craſſius ac ſpirãtius. VRS. Itẽ aliud
audis in lego quàm in legis, legit, in lõgas q̃ in
longis. LEO. Sentio. VRS. Similiter in Græ-
cis aliud audis, quum dicitur, θεολόγω, θεολό-
γου, θεολόγα, quàm cum θεολόγε, θεολόγοι.
LEO. Vt nos quidẽ ſonam⁹. VRS. Huic ma-
lo ſuccurrit Germanorũ pronũtiatio, qui ſono
per omnia ſimili dicũt, lego, legis, legit. LEO.
Video quemadmodũ ex corruptis libris, itidẽ
ex linguis quãlibet vitiatis poſſe quædã depra-
uata reſtitui. VRS. Atqui nos Bataui ridem⁹
hic Germanos, quaſi vitioſum ſit, quicquid di-
uerſum eſt. LEO. Ad iſtam rationẽ nihil nõ
eſſet vitioſum inter homines. Verum vt hic re-
ctè ſonant g, ita perperã ſonant quum dicũt,
caudeo pro gaudeo, & cades pro gades. VRS.
Ita ſanè ſonant quidam, qui vulgatam pronun-
tiationẽ dediſcere aut non potuerunt, aut ne-
glexerũt. Verũ ex malis ſi quid ineſt boni de-
cerpere ſapiẽtis eſt. Nos tamẽ graui⁹ peccam⁹
in aſpirata χ ſiue ch. LEO. Tãtúmne pecca-
torum? Expectãdus eſt annus Iubileus. VRS.

Fortaſſis excuſabitur ab aliquibus quòd pro mij ſonam⁹ mihi, rurſus pro mihi michi, quo iure veteres in Hebræis vſi ſunt, quo ſonus ſit vegetior, vt in Ioahim, & Ioachim. Verum quòd pro ὑπόχρυσον ὑπόκρυσον, pro Chriſte ſonam⁹ criſte, pro chriſma criſma, quis feret? LEO. Nemo, niſi qui neſcit diſcrimen inter Chriſtũ & criſtas. VRS. Sunt ex aduerſo qui aſpiratũ pronuntiãt etiã cribrũ. LEO. Iſto nomine Germani ſuperiores male audiũt, quum & id ſi quod eſt, vitij multis modis cõpenſent, & ab Italis profectũ videatur. VRS. Scio quid dicas. Arriũ quem epigrãmate ridet Catullus, qui pro cõmodis dicebat chõmodis, pro inſidijs hinſidias, ex cuius immodico flatu tantũ erat diſcriminis, vt poeta timuerit, ne poſtea quàm ille Syriã petens nauigaſſet Ioniũ mare, iam non Ionium diceretur, ſed Hionium. Et olim fuerũt apud Græcos, qui vitabãt aſpirationem, Iones opinor: & apud Latinos priſcos. Et ne quid exiſtimemus ſub ſole nouum eſſe, ſunt hodie qui ſpiritum addunt vbi nihil opus, & ſpiritum adimũt vbi erat addendus. Quorum hoc poſterius Flandriæ parti gentilitium eſt, qui mira cõſtantia ſpiritũ addunt tenuibus, & adimũt aſpiratis. Is error velut agnatus hæret illis etiam Latine Græcéve ſonantibus. Quemadmodũ enim vulgata lingua dicentes herum ſubtrahunt ſpiritum, & ſonant honorem, ita quum dicunt honorem addunt: ita Latine loquentes vlulam vocant hululam,

eer
heer

& humilem vmilem. LEO. Pulchre penſant vitiũ vitio. VRS. Audiui Florentiæ in profeſſione publica conſtanter pronuntiantẽ, chorpus,chalidus,& champus,quũ tamẽ ea ciuitas procul abſit à mari, etiamſi plus ſatis vẽtorũ immittit imminẽs Appennini dorſum. Arbitror tamẽ nõ fuiſſe Florentinũ. Contra cæteri Itali vix diſtinguunt hominẽ ab omine,quod nos ingenue diſtinguimus,& vtriq; alteros ridemus,quũ peccemus vtrique. Ac ne ſoli nos in pronuntiãdo labi videamur,ſunt apud Italos,qui ex publico ſermonis vſu pro laudo ſonãt laldo,pro audio aldio. Rurſus qui pro degus,pro eum egum,ſiue echum:ad hæc qui more Hebręorum pleraſq; ſyllabas extremas acuto ſono pronuntiãt. Mentior niſi his auribus audiui Romæ ſacrificos ad hunc modum pronuntiãtes, quũq; narrarẽ in cõuiuio quid audiſſem,exiſtimãs id inſcitiæ vitiũ eſſe,riſere quidã,& protinus agnouere cuiates eſſent qui ſic pronuntiaſſent. LEO. Equidem arbitrabar nos ſolos barbaros ſonare barbare. VRS. Hodie vulgus nuſquã non eſt barbarũ. Quin & chi nõ prorſus idẽ ſonat in χαῖρε,χᾶρας,βραχὺ,χοῖρος,χὴν,χερρόνησος, quod in χαρὰ,χορὸς,& εὐνοῦχ Ⓖ. Illic enim audis neſcio quid ſibili, quod in poſterioribus non audis. LEO. Num id recte? VRS. Nõ vlla ratio,ſed delitiæ morem hunc inuexerunt,mea quidem ſententia. LEO. Apparet. VRS. Quod dicam à priſcis traditum eſt,γ ſi ſequatur aſpirata χ, aut

alterum γ, aut ξ, ſonat medium quiddam inter μ & γ, vt ἐγχειρίδιον, ξόγχος, ἄγγελος, λὺγξ, σφίγξ enchiridion, rhonchus angelus, lynx, ſphinx. Adeóque non conuenit his literis in eadem dictione, vt ſi prior ſyllaba deſinat in μ, vertatur in γ. Nam ab ἐμ & χείρ cõpoſitum eſt ἐγχειρίδιον. Quod ſi poſt γ ſuccedit κ, vtriuſque literæ ſonus mutatur, velut in ἀνάγκη, λυγκεὺς. Nam in his γ propemodum ſonat μ, & κ propemodum γ: propemodũ dixi, quod non ad plenũ exprimitur μ & γ, ſed medium quiddam inter vtrunq;. Simile quiddam auditur & apud Latinos, ſi literæ g, ſuccedat n, aut alterum g, aut c, aut q, velut in magnus, agnus, pignus, cygnus, magnes, agger aggero, ancora, anquiro. Ac veteres quorum eſt Victorinus, adeo putabãt nobis hic deeſſe literam, medio ſono inter g & n, vt pro aggerem & ſuggeſtum, ſcribendum exiſtimarint, angerem, & ſungeſtum. Rurſus pro ancora, agcora: pro ancylia: agcylia. Verum n litera noſtris auribus blandior vicit. Illud certe conſtat, Italos emendate loquentes, aliter ſonare magnus, agnus, quàm nos ſonamus. Nec enim ſonant agnus, vt a per ſe ſonet, nec ag, nus, vt g hæreat priori vocali, ſed pro g, audis quiddam quod neque ſit prorſus n, neque prorſus g, ſed è duobus mediũ quiddam. Ex eodem fonte naſcitur, quòd quidam ſcribere maluerunt anquiro quàm acquiro, quòd q vim obtinet eandẽ cum c & k. Ea varietas de-

clarat illos,nec prorſus ſonuiſſe g,nec prorſus n,ſed mediũ quiddã. Idem dicebãt de ecquid, nunquid,nanqꝫ,tanq̃,quanq̃ & ſimilibus. Vis enim literæ q,ſic m vertit in n,vt g ſonũ admiſceat. LEO. Hæc mihi vidẽtur argutiora,q̃ pro noſtra regione. VRS. Simile quiddã tradunt de ſono medio inter m & n, ſi ſequatur p,b,aut ph,vt in ampullis,Lycambes & Amphimachus. Auſculta,vt ſonos auribus dijudices. Quid audis quum ſono Lycanbes? LEO. N. VRS. Quid quum Lycambes? LEO. Prorſus m. VRS. Quid nũc? Lycãbes. LEO. Nec m, nec n. VRS. Bene habet quòd hæc inter nos aguntur lingua: nam calamo non poſſint exprimi. LEO. Niſi vocalis eſſet calamus,quales erant illi plus ſatis loquaces, qui Midæ auriculas ſic traduxerunt,vt hodie quoqꝫ prouerbio celebrentur. VRS. Sic eſt. Sed ut pergamus in t,d,& th ſiue θ,vide quot modis pecetur. Germani ſuperiores th ſubinde ſonant & ſcribunt pro t,protheus pro proteus. Contra nos ſonamus t pro th, vt in Theologus, Timotheus, & Phaeton, Phlegethon, alijsqꝫ innumerabilibus,ſed multo magis quum aſpiratæ,adhæret conſonans alia,vt pro θυητὸς ſonamus τυητὸς,pro ethna,etna,pro θρέφω τρέφω,pro thraces traces: & in totum ægre aſſueſcimus huic aſpiratæ ſonandæ,quam feliciter exprimunt Angli in initio,quũ ſua lingua dicunt furem,in fine,quũ dicunt fabrũ ferrarium. Nã his vocibus velut inimitabilibus ſo- Thief. Smyth.

lent hoſpitem prouocare. Qui craſſe docent, monſtrãt θ propemodum ſonare, quod nobis ſonat tſ, quam ſyllabam noſtra lingua facillime ſonat in tſa, quũ duabus ſyllabis dicimus, ſimul. LEO. Agnoſco. VRS. Quin frequenter d & t, differentiam confundimus, veluti quum pro Dauid, ſonamus Dauit, & ad Petrũ, ad te, at Petrũ, at te: quod idem facimus in b, nonnunquam ſonantes pro abſte, apſte, quum d & b craſſius ſint ſonãda. Porrò quod Græci τ ſonant, vt nos d Latinũ, quoties præcedit μ, in ἐντὸς & ἔντερα, arbitror eos eodem iure facere, quo pro π ſonant b Latinum in ἔμπορ☉. Nam quod pro ti, ſonamus ci, quoties excipit vocalis, fortaſſis veterum authoritate probatum eſt in Laurentius, & patientia, quum idem apud Græcos nequaquã fiat. De duplicibus duobus ξ & ψ, iam per occaſionẽ diximus, quas Galli ægre pronunciant, dunta xat in initio dictionis, ſalmus ſonantes pro pſalmus, & ſenia pro xenia: nos hic certe ſumus feliciores. Et Gallorum quorundam vulgus hic addere ſolet e, exenia pro xenia, epſallo pro pſallo. Idem faciunt in ſt, ſp, pro ſto ſonantes eſto, pro ſpecto expecto. LEO. Iſthuc non in Gallis tantum animaduertere licet.
VRS. Scio & ante dictum eſſe, cum quibuſdã Hiſpanis hoc illis eſſe commune. Et vna tantum Galliæ pars habet quod dico, ne totã in me concites. Tertia duplicium eſt ζ, complectens in ſe σ & δ, ſi δ craſſe pronuncies. Vn

Tſamen.

Ti.

Z

de Græci quidam pro γάξα ſcribunt γάσδα, pro μελίξαμ μελίσδαμ. Alij rurſus δι à vertunt in ξα : inde nobis etiam ξάβολ@ pro διάβολ@. Hãc literam, quoniam non reperitur in Græcis dictionibus, Latini ferè vertũt in geminum ſſ, vt in patriſſo πατρίζω, & in muſſo μύζω. Eam germani & feliciter & frequenter vſurpant lingua vulgata, quemadmodum & Sarmatæ videntur ea delectari . Nos tamen loquentes interdum vſurpamus illíus ſonum vbi nihil opus: id ferè perpetuo quoties ſ, incidit inter duas vocales, pro læſa dicẽtes læza, pro viſe vize, pro illuſo illuzo, pro riſi rizi : quod vnde venerit in noſtram conſuetudinem, non ſatis queo coniectare, quum Romani non varient in huius literæ pronuntiatione, nec cauſam video mutationis, nec ab vllo veterum tale quicquam ſit traditum. Nec enim ſa debet aliud ſonare in muſa q̃ ſonat in ſalus: nec ſo aliud in viſo quàm in ſol9: nec ſe aliud in viſe, quâm in ſedeo: nec ſi aliud in riſi quàm in ſileo. Nec huiuſmodi rei quicquã eſt apud Græcos, quibus σ ſonum ſuum perpetuo obtinet locis omnibus . LEO . Atqui quoſdam audio pro ſimplici ſ, ſonare geminũ. VRS. Atque adeo ſcribunt quoties antecedit longa vocalis, vt in cauſſa & læſſio . Ad eum modum ſcribere ſolitum ferunt M. Tullium. LEO. Fortaſſis hinc nata eſt varietas. VRS. Fieri poteſt, quanquam reclamat Romanorũ conſuetudo: at nos idem facimus, etiam ſi cor-

repta vocalis prȩcedat, vt in niſi & miſer. Quibus autem hic vſus à pueris inolitus eſt, ſimiliter peccant & in Græcis, ſonantes μέξον, pro μέσον, & μοῦξα pro μοῦσα. LEO. Video rem operoſiorem eſſe quàm putarã emendate pronunciare. Vernm nondum explicuiſti quo pacto ſonandum ſit ζ. VRS. Recte mones, nam exciderat. σ lingua pone dentes ſuperiores appreſſa profert lenem ſibilum, qualem ædit ſerpens minitans & erectus, vbi quis imprudens propius ad nidum acceſſerit, vnde litera figuram habet eius animantis ſibilum ædentis, S inflexo corpore deterrentis. Vnde & exibilandi verbum deductum. Huic ſibilo accedit ſonus ʃ, ſed craſſior aut lenior potius. Quemadmodum in cȩteris duplicibus ſibilum antecedit habitus oris quo ſonatur p, aut c. Demiror autẽ quur hæc litera tantopere diſplicuerit Dionyſio rhetori, qui tradit eum ferarum eſſe ſonum, & vix homine dignum, quũ Græci in pleriſque dictionibus ϱ vertant in σ, ſicut attigimus ſupra: rurſum quoties incidit π geminum, malũt in geminũ σ vertere, pro γλῶππα γλῶσσα, pro θέπαλϴ θέσσαλϴ, pro τὺ, σὺ ſonantes. Nã ſi ideo diſplicet, quòd hunc ſonũ à ſerpentibus didicerũt homines, diſplicere debet & k, quæ ranarum eſt & coccycis: & b, quȩ eſt ouiũ: & m, quæ eſt boum: & o, quæ eſt aſinorũ, & ϱ, quæ eſt canũ rixantiũ: & a, quȩ eſt puerorũ vagientium. LEO. Atqui ne deſit omnino patronus Dionyſio, priſci

Latini videntur illam elidere soliti. Quod genus illud ex epigrammate quod refert Plinius in historia naturæ, Reginæ Iunonis supremi coniugis templum. Item illud ex Ennij versibus quos adducit A. Gellius,

Doctus, fidelis, suauis homo, facundus suóq;
Contentus atq; beatus, scitus, secunda loquẽs
in Tempore. VRS. Quid mihi narras Ennios quasi hodie non idem faciant in oratione soluta Galli, quod Ennius fecit in carmine: prorsus elidentes s, quum incidit inter vocalem & consonantẽ: in fine vero sic obscurantes porrecta in immensum vocali, vt vix sentias, velut in est & dominus, in quorum priore, eliso s, sonant geminum, aut triplex potius eee: in posteriore, u, trium vocalium habet spatium. LEO. At mihi videntur viri iusti pariter ac prudentes Hispani, qui quod Galli peccant in s, abunde pensant, nihil sine hac littera pronuncian tes, ac sæpius eã in eandem dictionem infulcientes. VRS. Vera narras.

LEO. Si ludere vacaret, dicerem Gallos, quoniam non assueuerunt sibilis ob serpentium illic raritatem, metu ac religione vitare literam, ne prouocatũ cognato sibilo noxium animal frequẽtius eò demigret. Contrà Hispanos, vt viros fortes, & serpentiũ sibilis assuetos, adeo contemnere illos, vt etiam obsibilent, quo absterreãt, quomodo solent quidam oppedere to nitruis. Quod si nũc in re tã seria fas esset iocis indulgere, poterã & illud aduersus Diony-

sium proferre, quod matres ac nutrices hac litera, quam illi vipeream vocat, somnos accersunt infantibus. Sed mittamus & iocos, & recentiorũ delicias ac fastidia, quot homines tot sententiæ. Magis me mouet, quod priscis illis tantopere displicuerit, qui parce literam hanc admiscuerunt, in tantum vt quidam totas odas conscripserint ἀσίγμως, hoc est, nusquam admixto σ. Quin & Pindarus fertur hanc literam infamasse versu, πεὶν μὲν ἦρι πε σχοινος τενεῖ φωνήεντα λιθυράμβων καὶ τὸ σᾶρ κίβδηλον ἄνθρωποι. Iam & illud admiror, quũ ξ respondeat gemino sigma, in hoc enim vertunt Latini, quur tantopere probetur eruditis, vt Quintilianus homo minime surdus, vix aliam putet spirare suauius, vt in zephyris & zopyris. LEO. Dicam quod venit in buccã. VRS. Vt lubet. LEO. Ipsa se mollit: vt quædam si modice sumas lædunt, si copiose prosunt, vt de lactucis & testudinibus est proditum: quemadmodũ n, in manna iucundius sonat q̃ in maneo: & m in mãma mollius est q̃ in lama. Tum vis literæ ſ, admixta temperat asperitatem sibili. LEO. Nihil absurdi loqueris. Supereſt f, de qua superius per occasionẽ nonnihil attigimus. Sed pleniorem explanationem data opera in hunc distulimus locum. Et hanc quidã iudicarunt superuacaneã, scribentes philius, phacio, phacies: mox ph, seruata est Græcis dictionibus, phama, Phaeton. Phœbus, Philippus, Pamphilus: Latinis dicata

f,felix, facio, fibra. Quanquam ne hic quidem satis constantes sumus . Nam famam, fugam & furem per f, scribimus, quum Græcis sint φήμη, φυγὴ, φώς. Quod si prorsus idem sonat f, quod ph, siue φ, constat literam esse superuacaneam . Rursus si nihil interest in sono, qui conuenit, vt φ, numeretur inter mutas, f locus datus sit inter semiuocales? Ad hæc quid opud erat Æolibus digamma, quum haberent φ : aut nobis quum suppeteret f? Fatentur enim omnes Claudium Cæsarem iure addidisse digamma Æolicum, quod nostro f,inuerso notabatur Ⅎ, vtcũqꝫ vicit cõsuetudo. Ad hæc ,quũ authores quidã tradãt apud nos v,cõsonans eam habere vim, quam apud Æoles habet digamma: sequitur has literas sono variasse,quando constat v consonãs, sonare diuersum quiddam ab f. L E O. Sic apparet. V R S. Iam Priscianus non omnino malus author,scripsit nõnihil esse discriminis inter ph & f. Quod euidẽtius facit Quintilianus libro primo,referẽs iocũ Ciceronis ex oratione pro Fũdano,testẽ Grẽcũ,opinor,irridẽtis, quòd primam eius nominis literã sonare non posset,phundanus dicẽs pro fundano. At M. Tullius magis erat irridendus,si Græcũ φ,& Latinũ f,nihil sono discrepãt. Idem Fabius libro,ni fallor, 12,cõmemorat hanc literã Latinorũ inter eas,quæ parũ felicis sũt soni,quod inter dẽtes effletur, vnde fieri putat,vt sermo Latinus ne possit quidẽ ad iucũditatẽ Græca-

nicæ pronũtiationis aſpirare. Atqui ſi in hac litera paria faciunt Latini cũ Græcis, ridiculũ eſt quod Fabius hoc argumẽto perſuadere conatur, nos Græcis inferiores eſſe vocum ſuauitate. Adde his quod Terẽtianus docens huius literæ pronũtiationẽ, euidẽter indicat diſcrimen inter ph, & f, quũ enim docet aſpirationem in initio vocalibus additam, aut cõſonantibus quatuor à tergo adiectam, non mutare literæ ſonũ, ſed tantum aſpirationis gratiam addere. Sotadeo metro, ſic rem explicat,

Quia non adijcit literulis nouum ſonorẽ, Sed
Græcula quædam ſcholicæ nitela vocis. De f
lõge aliter loquitur, referã enim illius carmẽ,
Imum ſuperis dentibus apprimens labellum.
Spiramine leni, velut hirta Graia vites.
Hãc ore ſonabis, modo quæ locata prima eſt.

An non hic duplici nota diſcernit φ ab f, primum quòd in f, labiũ inferius apprimitur ſuperioribus dẽtibus, deinde quòd ſpiritu leniore profertur, vetuti ſtudio vitandi Græcã aſpirationẽ, quę eſt in φ, in cui⁹ ſono labijs vtriſq; diductis ſpiritus vehementior erũpit. Et haud ſcio an probabile ſit, percõtatorẽ illum qui ex Amphione ſuſtulit aſpirationẽ, de quo ſupra meminimus, ex Amphione fecerit, Amfionẽ, quẽadmodũ alter ille Græcus ex Fũdano fecit φundanũ. Quæ ſi vera ſunt, triplici varietate diſtincta ſunt, ph, f, & v cõſonans. L E O. Qua ratione poſſunt aurib⁹ diſcerni? V R S. In ph, magis ſtringũtur labia, priuſq; erũpat ſpiritus,

is erumpit vehementior labijs ac dentibus la-
tius diductis: in f lenius, dentibus penè coeũ-
tibus, & inferiore, vt dictũ est, labro superio-
ribus dentibus affixo, vt inter hęc litera, velut
effletur, in v consonante, multo etiam mollius
effertur aspiratio, q̃ vel in φ, vel in f, idq; didu-
ctis & labijs, & dentibus in exitu vocis. Nunc
auribus obserua sonos, & oculis os meum in-
tuere. Dico pha, fa, va. Rursum phama, facio,
vado. LEO. Papæ manifestũ video discrimen.
VRS. Supereſt scrupulus, quid Æolib⁹ sonue-
rit digamma, tum autem an hodie recte sone-
mus v consonans. Primum vbi iaceo sonamus
conflatis primis vocalibus, præter ia nihil au-
dimus in sono noui. At quũ idem facimus in
vadit, velo, vino, volo, vuln⁹, aliud quiddã sen-
tiunt aures. Sona iä, duabus syllabis. LEO. Iä.
VRS. Contrahe. LEO. Ia. VRS. Fac idem in
vä. LEO. Vä. VRS. Contrahe símili modo.
LEO. Sentio sonũ primæ syllabæ in nostrati-
bus verbis, quũ dicimus, vigilare, molle, vinũ,
& habitare. VRS. Vna igitur nobis deest, si
recta est horum temporũ pronũtiatio. LEO.
Dic clarius. VRS. Inter ph & f, nonnihil in-
tereſse in confesso est. LEO. Est. VRS. Inter f,
vero & v cõsonans multũ intereſse res ipsa lo
quitur. LEO. Vt nos quidẽ sonamus. VRS.
Atqui quum Batauus sonat, album, aut latum,
aliud audis vi, quàm quum Latine dicis, vide:
rursus aliud quũ Batauus dicit percontari, a-
liud quum vlciſci, aut stringere. LLO. Recte.

wacken
weeck.
wyn
wonen

wit
wijt.
vraghen
wracken
wringhẽ.

Verum id ſcribũt per geminũ VV. VRS. Nimirum differẽtiæ cauſa. Nam & illis eſt V cõſonans eo ſono quo Latine loquẽtes efferim⁹, veluti cũ dicũt, pinguem, aut, ſimultatẽ. Contrà quũ dicunt, ſcito, aut legem. Alioqui quæ vocalis duplicatur initio dictionis, niſi mutet naturam? Nunc accipe & illud argumentum.

vet
veet
weet
wet

LEO. Hic ſum. VRS. Qum grammatici diligenter indicent affinitatẽ literarũ inter ipſas, veluti quũ pro i, ponitur v, vt in optum⁹: pro aſpiratione f, vt in fordeo pro hordeo: pro ſ, t, vt in mertare & pultare: pro v, o, vt in dicont pro dicunt, ac ſimilibus innumeris, nuſq̃ mẽtionem faciunt affinitatis inter f & v cõſonãs, tanta eſt ſoni vicinitas, vt ſi paulo lenius ſones f, fiat v: ſi paulo preſſiorib⁹ labris v, fiat f.

LEO. Non leue, per muſas, argumentũ. VRS. Ad hæc apud Aulum Gelliũ libro xiiij. cap. ſ. grãmaticus vbi præſcripſiſſet legẽ, per quam nomina deſinentia in vs, ſi proxime antecederet i, vocandi caſum inflecteret in i, non in e, vt egregius egregi, quemadmodum Virgilius Virgili. diuus, riuus & cliuus & huius generis alia hoc lemmate excepit à regula, quoniã nõ ſimpliciter deſinerent in us, quemadmodum Virgilius, ſed in eam quæ per duplex v ſcribitur, ad cuius literæ ſonũ declarandum repertum eſſet digamma Æolicũ. Quod ſi id tum ſonabat, uus in riuus & cliuus, quod hodie nobis, nihilo magis erat opus exceptione in riuus quàm in Rufus, quũ eſſet manifeſtus cõ-

sonantis sonus ante u posterius. LEO. Persuades alium fuisse sonũ, Quid igitur censes? VRS. Censor esse non ausim, at diuino veteribus propemodũ sonuisse f, quod Græcis sonat φ,& quod hodie f,sonat Phrysonibus:sonãt enim asperius q̃ nos,qui & v cõsonãs vtinos f,veluti quũ dicunt, muscam, volare,metuere,quæ nos per v consonans sonamus lenius. Porrò v consonans sonuisse quod apud Æoles & Claudiũ Cæsarem digamma. Id deniq; propemodũ sonuisse, quod apud nos hodie sonat w geminũ. Nã quod in vulgata pronuntiatione, v consonans sonamus aliquanto lenius, quàm f, apparet ex ijsdẽ delicijs ortũ, quæ pro ἔμποροος sonãt emboros,& pro βίνα, vini. LEO. Quib9 indicijs isthuc colligis? VRS. Ex ijs quæ iam commemoraui,tum ex linguę nostratis vestigijs, quam constat Græco Romanoq; sermone permixtam esse. Innumera sunt locorũ vocabula à vico dicta, vt quũ dicimus,comitis vicum,pastorum vicum,fontiũ vicum, in quibus vltima scribitur per v duplex, vnde colligere licet quid olim sonuerit Latinis v consonans in vicus,vanus,& riuus. LEO. Verisimillimum est quod narras. VRS. Item quũ vulgata lingua nominas vinum,deprehẽdis quid in vino sonuerit prima syllaba. Idem arbitror esse quũ dicimus violentiã,q̃ q̃ corruptis, vt solet literis aliquot. Rursus quũ pro vacare dicimus vigilare, & quũ sonamus ventũ & ventosum. Similiter quum apud nos

flieghen fresen

Cõtwyck harderwyck Bruynswyck.

Ghewelt waken wint windich.

Swaer
Sweren
Qvvelen
Dvvaes
Tvvee
Vloyen.
Vloet.
Viſch

velut euaneſcit v, illi ſcribunt per geminũ w, vt quũ dicũt graue, iurare, vexare, fatuum, duos. Nam apud nos pluribus literis additur, q̃ apud Latinos. Cõtrà quum apud Latinos habetur f, Phryſones & Angli quidam vertunt in f, nos in v conſonans, vt hodie ſonant Latini, velut in fluere, fluctu, piſce, & ſimilibus innumeris. Nam in piſce & hinc deriuatis, p, tenue mutauimus in ph, pro qua ſcribebant f, nos rurſus f, vertimus, in v conſonans vt nũc profertur. L E O. Certa narras, mira tamẽ, & haud ſcio an omnibus credenda. V R S. Hinc eſt quòd Germani ſpirantiores Latine loquẽtes confundunt interdum has literas, v conſonans & f, quũ efferunt conuidit pro confidit, & fideo pro video. Nec mirum videri debet, ſi quod tradidimus nõ eſt perpetuo verũ, ſed fallit in quibuſdã dictionibus, quũ non ignores quanta ſit ſermonis vulgo crediti volubilitas & inconſtantia. L E O. Cætera facile corrigerẽtur, nimirũ vt aliquo diſcrimine ſonem⁹ f, in filius, & ph, in Philippus. Cęterũ illud durum, ſi quis ꝑ van⁹ ſonet wan⁹, aut pro riuus, riwus, atq; itẽ in cæteris, quæ per v conſonans efferuntur. V R S. Nec eſt neceſſe, vt prorſus exprimam⁹ vulgatã Germanorũ pronũtiationem: ſatis eſt ſi paulo lõgius recedam⁹ à ſono f, & aliquãto propius accedamus ad ſonũ v vocalis. Nam inter f, & v cõſonãs fuiſſe diſſonãtiã euidentiorẽ q̃ nũc eſt & illud arguit, quòd nuſq̃ altera in alterius vicem ſuccedit, quod

tamen in cæteris fit paſſim, inter quas vel tenuis intercedit cognatio, velut in βούλομαι & volo: rurſum in eo quo veteres, teſte Fabio, pro hœdo dicebant fœdus, pro hordeo fordeum. Verum non occurrit vbi vel f, mutarint in u conſonans, vel u conſonans in f. LEO. Nondum animũ omnibus ſcrupulis liberaſti. Veteres qui meminerunt de digamma Æolico, veluti Quintilianus, Priſcianus, Aulus Gellius, &, ni fallor, Victorinus, exempla proferunt in quibus u antecedit ſeipſam, vt in vulgus & ſeruus, riuus & diuus. Quòd ſi litera Æolica nõ alibi locum habet, quid ſonabit u, in vanus, Venus, vino, & volo? VRS. Et in his eundem ſonum indicat epigramma, quod Ioannes Torſtellius, vir ſuo ſeculo magnus, Romæ ſibi viſum fuiſſe teſtatur, in quo bis fixit, ſcriptum erat pro vixit. LEO. Nil miror, fortaſſe Germanus quiſpiam aut Phryſo poſuit: quaſi nos Romæ non deprehenderimus in huiuſmodi monumentis inſignes ſoloœciſmos. VRS. Atqui non ſic elaberis, ô bone, Terentiani verſus audi, Vt vade, veni, vota refer, teneto vultum, Creuiſſe ſonũ perſpicis & coiſſe craſſum, Vnde Æolijs litera fingitur digammos, Quæ de numero ſit magis vna conſonantũ Vocalis in iſtũ mage quàm verſa ſit vſum. Audis hic in exemplis va, ve, vu? quo minus autẽ poſuerit vi, metrum obſtitit, quãquã dicere poterat videto vultum, atque in his u mauult eſſe nouam literam Æolicam, quâm ex vocali muta-

tam. LEO. Nondum exemisti scrupulũ. Præ A. Gellio & Quintiliano contemnere possem Terentianũ,& quod ait de digammo, potest ad vltimũ exemplũ pertinere,videlicet vultũ. Nam epigramma nihil me mouet. Aul. Gellij sententiam retuli,Quintiliani verba subtexam. Nostri,inquit, præceptores, ceruon seruonq; u & o literis scripserũt,quia subiecta sibi vocalis in vnum sonum coalescere & confundi nequiret, nunc uu gemina scribũtur,ea ratione quam reddidi,neutro sanè modo vox quã sentimus efficitur. Nec inutiliter Claudius Æolicam illam Ⅎ ad hos vsus literã adiecerat. Ex his Quintiliani dictis perspicuũ est,fuisse quendã sonum quẽ nec φ redderet Græcũ,nec f Latinum,nec u consonans. Rursus constat u consonans aliud sonuisse in vado,venio, video & volo,quâm in riuus aut seruus: & hunc sonũ Latinis literis notari nõ potuisse,eoq; peregrinam literã â vicinis Æolibus mutuo sumptã, quam δίγαμμον appellant, quæ ne videretur eadẽ cum f Latina,inuersa est Ⅎ. Ea loco vtriusq; u, ponebatur in serⅎis, nec aliâs videtur habuisse locum. Nos autem nihil discernimus u,consonantem,siue præcedat u,siue alias vocales,etiamsi hoc discrimẽ Quintilianus significat fuisse perquàm tenue,sentimus, inquiẽs, & tamen erat aliquod,cuius gratia Romanus Imperator putarit literam aliunde accersendam. VRS. Sic vrges,quasi meditatus ad hoc certamẽ accesseris. Cogemur itaque quartum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

addere ſonum,phu,fu,vo,vu, vt ph in phuga ſpiritum obtineat Græcanicũ: f in fundo flatum Latinum: u in volo craſſius quiddã quàm f: u,in ſeruus longius abſit à ſono f,quàm u, in ſeruos, ac propemodum ſonet, quod apud Barbaros & olim ſonabat u geminatum. Qua de re ſatis, opinor, ante diſſertum. LEO. An ſatis non liquet. Nam Victorinus tradit Æoli cum digamma eandem eſſe litterã quam Hebræi dicunt Vau,eamq; reſpondere noſtræ u, conſonãti: ſed libet quod in ſcholaſticis diſputationibus ſolenne eſt dicere,acquieſco,quo reliqua peragas. VRS. De g,igitur dictum eſt, inter illius cognatas propemodũ conuenit inter grammaticos, è literarũ catalogo iure ſubmouendã eſſe, nihiloq; iuſtius videri vt inter literas numeretur,quàm ſi apud Græcos ſpiritus toni've nota in literarũ ordinem acceſſeretur, quum interim,inuitis grammaticorũ centurijs propè dixerim,regnet in medijs literis,præpoſita vocalibus lenius ſonãs: rarius enim poſtponitur in aliquot barbaris & interiectionibus, veluti in ah,vah,oh,& proh,non ſine rixa tamẽ grãmaticorũ,cauillantiũ id per apocopen fieri,quũ integrę voces fuerint,aha, vaha,ohe, & prohe: alijs dicẽtibus nihilo magis præcipi poſſe, quomodo ſcribẽdæ ſint interiectiones,quàm præſcribi poteſt alienis affectibus,quorũ illæ ſunt notæ: conſonantibus vero poſtpoſita vehementius ſonat. Poſtponitur autẽ c,t,p. Semper autẽ r apud Græcos,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

si consonans hæc sit vocis initium, rursus in medio geminatis ἐἐ, additur posteriori, vt in choris, thymũ, phyllis, & rhetor, & catarrhus. Nec raro medijs vocalib⁹ interseritur, quo sonus sit vegetior. Siquidẽ Aul. Gellius citat peruetustos codices, quos existimabãt fuisse Maronis αὐτογράφους, in quibus ait se vidisse versum hunc ex secundo Æneidos libro,

Exultat telis, & luce coruscus aëna,

ita fuisse scriptũ, vt superne inter a & e, h litera fuerit annotata, a^h ena. Similiter in illo versu,

Aut folijs vndam tepidi dispumat a^h eni.

Quod idẽ in nihil & mihi factitatũ, iam prius admonuim⁹. Adeo vero nõ est superuacanea, vt Æolũ exẽplo Latini quoq; huius vice subijciant f, dicẽtes, vt modo dictũ est, pro hordeo fordeũ, & pro hœdus fœdus. Latini in Græcis vsurpãdis nõ raro vertũt in s, quũ pro ὗς dicunt sus, pro ὑπέρβι@ superbus, pro ἕρπω serpo, pro ἑπτὰ septẽ, pro ἕξ sex. LEO. Mirũ istos adeo contẽpsisse spiritũ, quũ videamus & arbores diffringi, & tecta subuerti, & mare intumescere, & terræmotus cieri spiritu. Verũ illud adde, quomodo promendus hic flatus? VRS. Quid ni superne? LEO. Nõ hinc ambigo, quãq; & ructus superne erũpit: Sed quib⁹ & quomodo temperatis organis? VRS. Id in arteria, musculis, & faucibus sitũ est, tam morigeris, vt animo nõnunq; aliud agenti tamen obsequantur. Puer virilem vocẽ ædere nõ potest, sicut nec mulier, nimirũ ob angustiã trãs-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

itus. At vir constrictis musculis, quũ libet, vocem ædit puerilem. Et alioqui contractis aut dilatatis faucibus & arteria pro suo arbitratu, magis exilem aut grandiorẽ emittit. Nec igitur summis labris ædendus est flatus, qualẽ solent, qui pultem plus æquo feruentẽ refrigerant, nec ab vmbilico ducẽdus, vt solẽt Germani quidam, tantũ efflantes venti, quantũ molæ farinariæ circumagendæ sit satis, sed moderate proferendus è faucibus, neq; fatigandus pulmo, velut in spiritosis, ac labore anhelis. Sũt enim in quos illud è satyra possis dicere. Tunc immensa caui spirant mendacia folles. Et sunt rursus qui molestè ferant sibi inhalari spiritum alienum, qui nonnunq; obolet allium, cepas, aut salsamẽta, aut polypum, vt absit scabiei contagiosæ, aut pestilentiæ, alteriúsve morbi periculum, quum nullus sit facilior quàm per habitum transitus. LEO. Vnde mihi videtur modestiæ causa natum, quòd quidã ore presso loquuntur, quæ res mulierculis versa est in iocum oris pusilli. VRS. Ab eadem modestia natum arbitror, quod olim oculis semiclusis inuicem intuebantur. Id indicant picturæ nostrates ante annos ferè centũ æditę, tali forma nobis exhibẽtes, si quos intelligi volunt ab improbitate vehemẽter alienos. LEO. Emoriar, nisi istuc in picturis mediocris antiquitatis sępenumero miratus sum. VRS. Verũ vt hoc ineptũ sit, tamẽ est in oris & oculorum diductu quædã decora mediocritas. Me puc-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ro sese sic stringebant mulierculæ, vt infectas diceres. Ea res quũ esset inepta, videbatur cum primis elegãs, simulq; quod erat cõsequẽs, verecundũ habebatur quàm minimũ cibi capere. Ad id enim cõfert medij corporis strictura. At è diuerso, parum decorũ est mulierẽ discinctã videri, Virtus est mediũ vitiorũ vtrinq; reductũ. Idem obseruandũ in diducẽdo rictu, in dilatãdis faucibus, in promẽdo spiritu. Peccant qui nihil aspirãt, peccant qui aspirãt omnia, peccãt qui lenius quàm sat est, peccãt qui plus satis, sed grauissime peccãt qui præposterè id faciũt. Nec quiuis flatus est aspiratio literaria: cõcitatus, anhelus, aut qui procul semotis loquitur, vt solent nautæ rusticiq;, maiore spiritu loquũtur, quàm qui cum proximis cõfabulatur. Verum hoc nihil ad grammaticum. Alioqui nullius literæ sonus absq; spiritu promitur. De spiritu satis videmur nugati. Addamus his, si videtur, reliquas semiuocales l, m, n & r, inter quas ϱ Dionysius γενναιοτάτην appellat, quũ sit asperioris soni. Nam linguæ fastigio in palatum superius vibrato tremulis ictibus fragorẽ reddit, qualem audimus in lapide magno impetu perpulso funda, aut iaculo balista excusso, aut baculo virgáve celeri motu per aerem acto. Vnde in dictionibus quibus celeritatem, impetum, aut asperitatem significare cupimus, hanc literam admiscemus, veluti Græcis in ῥᾶμ, ῥῖπὴ, κρούω, χαμάῤῥους, τρέχω, τραχὺς, τρόμος, βρέμω: Latinis in ra-

pio,ruo,roto,fulgur,tonitru, torrens,ructus, horror,fremo,frendo,ſtrido. LEO. Itáne voces ad rerum quas ſignificant, ſimilitudinem effictæ ſunt? Arbitrabar fortuito natas,aut certe pro arbitratu iuſtituentiũ. VRS. Imò referunt ipſis elementis ipſóq; ſono quod ſignificãt,verũ nihil eſt neceſſe rem totã,vt eſt, voce repręſentari,ſatis eſt aliquã ſimilitudinẽ apparere:quæ ſi nõ appareat,tamen aliquid cauſæ ſubeſt, cur huic rei vocabulum hoc ſit impoſitum.Bellum,apud nos ominis gratia blãda voce ſonatur, quemadmodum apud Græcos Furiæ dicuntur Eumenides.Ita qui lenitatem aut lentitudinẽ declarant,amãt l,vt Græcis λεῖος,λίχμιος,Latinis,lentus,labi,lenis,lubricus.Quæ vero magnitudinem,m,qua nulla ſpatio maior litera, gaudent,vt Græcis μέγας,μακρὸς,apud Latinos,magnus, mõs,moles. LEO. Qur igitur leonem dicimus potius quàm reonem? VRS. Vel ominis cauſa,vel quia in longum porrectum eſt animal nullius proceritatis. LEO. Si vera narras, oportebat cuiuſlibet rei in quauis lingua idem eſſe nomen. VRS. Nihil eſt neceſſe. Quum enim ſufficiat qualiſcunq; rei repræſentatio,poteſt eadem alijs atq; alijs modis effingi,veluti quum Græce dicis χαίνω, Latine hio,Batauice ghapen,in ſingulis ſentis expreſſam oris diductionem. LEO. At quur μακρὸν & μικρὸν ,quum diuerſa ſignificent,eandem habent conſonantem? VRS. Affinitas inter contraria poſcebat

hoc,ſed per a,quod ample ſonat:& i,quod exi
iliter,notatur diſcrimen. Ad hæc quoniam ei
iuſdē rei multæ ſunt qualitates, ſatis eſt ſi ab
vna quapiã harum ſumatur vocabulum, nec
abſurdum ſit,ſi res eadem lingua pluribus vo
cabulis ſignetur. Verum ſatius eſt vt hanc di
ſputationem in aliud tempus reijciamus, vel
quia vix habet exitum argutatio, vel quia ad
id quod inſtituimus nihil habet momenti. A
liàs dabitur ocium ſi libebit. LEO. Tuo arbi
L tratu,ſed abſolue quod orſus es. VRS. De l,
dicam,itaqꝫ ſi linguã valide tendas in eam pa
lati partem quæ dentibus ſupernis eſt proxi
ma,móxque diducas os, erumpit blandus ille
tinnitus, ſonantior tamen in medio ac fine q̃
in initio dictionis, vt ſol, mel, volo,lego,niſi
M quum finit ſyllabam,vt ſoluo,ſaluus. M vero,
compreſſis inter ſe labijs,mugitũ quendã in
tra oris ſpecũ attractis naribus ædit,ſonantiſ
ſima ín medio duplicata, vt mamma: in fine
prorſus obmuteſcẽs,vnde μύζαι dicũtur Grę
cis,& Latine muſſare,qui tacite loquũtur,nec
audent vocem claram ædere. Hinc & mutum
N dixerunt Latini. Supereſt n, quæ ad palati cõ
uexum inhærẽte lingua,gemino naris & oris
ſpiritu vocẽ explicat,maxime tinniens in me
dio geminata & in fine dictionis,aut ſyllabę,
vt in manna,mandragora & nomen. Vnde &
tinniendi verbum Latinis, elementi vocẽ ex
primens,fortaſſis & ganniendi. Docet autem
Fabius,olim diu fuiſſe rarum ſemiuocales du

plicare,vt in allijs,lallare, Tullius,manna,sanna & curro: & probabile est veteres sic fuisse loquutos vt scribebant. Nam eam rationem Quintilianns indicat optimam,vt ita scribantur dictiones,quemadmodum sonantur. Contrà vocales,vt dixi, productas geminabant.

LEO. Isto pacto Gallos video posse defendi, qui palium dicunt pro pallio,mama pro mamma,sana pro sanna,anum pro anno,panũ pro panno,torens pro torrens. Quanq̃ hoc non in liquidis tantum faciunt, Ex concursu quarumlibet consonantiũ aliquam elidũt,aut certe obscurant, dũ capa dicunt pro cappa,lipus pro lippus,batus pro battus. VRS. Ridiculũ sit nunc nostram pronunciationem asciscere, quæ Ciceronis etiã ætate erant absoleta. Nec minus tamen peccant, licet diuerso vitio,qui pro simplicibus sonant geminatas, cõma pro coma, cõmedo pro comedo,cõminus pro cominus,collo colo,pro,bonnus pro bonꝰ curro pro curo,rippa,pro ripa,pro pene penne,pro anus annꝰ,camellus pro camelo,mustella pro mustela,suadella pro suadela. Si vetustas patrocinatur errori, antiquũ est & hæc ita sonari. Etenim ni fuisset hic error,Victorinus nõ rixaretur cũ suis discipulis, quòd in his dictionibus consonantẽ perperã geminarẽt. Quanquam idem author indicat,consonantem duplicãdam Sicilica notula signari solere,quę cuiusmodi fuerit,nec mihi satis liquet,nec refert quum is scribendi mos iam olim exoleuerit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nihil, opinor, supereſt præter y, qua Latini non vtuntur, niſi in Græcis dictionibus, ſonũ illius fuiſſe medium inter i & u, Gallico more pronunciatum iam indicauimus. Vnde nõ defuerunt, quorum eſt Victorinus, qui y literam nobis neceſſariam eſſe iudicarunt, in gyla, myſera, proxymus, optymus, ſylla: pro quibus nos gula, miſera, proximus, optimus, & ſulla ſonamus, quanquam ſylla eſt vſitatius.

LEO. Vtinam libeat & illud addere, quod ſolent literarũ doctores. VRS. Quid nã? LEO. Vt exemplo propoſito præceptiones, velut in ſpeculo nobis oſtendas, exigáſq; num ſatis vel intellexerim, vel meminerim, quæ tam multa diſſeruiſti. VRS. Nihil grauabor, verũ id lingua fieri non poteſt, nec eſt vnde petamus calamum, atramentum, & chartas. LEO. Imitabimus veteres paſtores, qui teneris arborum corticibus inſcribebant ſuos amores, ſpina, opinor, vtentes pro ſtilo. VRS. Non committemus vt cuiquam in nos damni dati ſit actio. Eſt mihi vagina recens, ac verſuũ aliquot capax, & ſtilus adeſt, quanq̃ non in hunc vſum paratus. LEO. Vtinam ſic abuterentur omnes ſuis armis. VRS. En ſcribo.

Ŏptimă quæq; dĭēs mĭſeris mŏrtālibus æui.
Prĭma fŭgit, ſŭbeūnt mōrboi, trĭſtiſq; ſĕnectūs,
Et lábor & dĭræ rápit inclēméntia mórtis.

Nunc audi pronuntiantem, oculis in vaginã defixis, auribus ad vocem attentis. LEO. Ad-

sum,sona. VRS. Vides & audis in optima priamam lõgam & acutam. LEO. Naturáne, an positu? VRS. Id hoc loco nihil refert,quãdoquidem tonus est in antepenultima. LEO. Recte. VRS. In secũda syllaba ti,audisti'ne sonũ medium inter i,& v Gallicum,quemadmodũ in heri? LEO. Planè. VRS. Tertiam vides breuẽ,addita ueluti semicirculi nota,sursum porrectis cornibus, ne putetur auferendi casus. LEO. Video,sed quur media nõ habet notã? VRS. Quoniam accentus arguit illã esse breuem, Latinis dũdaxat. LEO. Quur in quæq; prior habet circumflexum? VRS. Quoniã natura longa est,nimirum diphthongus, & syllaba sequitur natura breuis. LEO. Quin hic addis notam productionis? VRS. Quoniam tonus ipse demonstrat esse porrectam,qui nisi in longis non habet locum,idq; vel in fine,vel in proxima finali. Eadem de causa,q;, nullam habet notam,quoniã inflexus accentus in eadem dictione non antecedit nisi natura longam. LEO. Sed præstat vt tu me perconteris. VRS. Agam,si lubet,grammaticum, tu discipuli personam sustine. LEO. Hoc sanè malebam. VRS. Dies quur priorẽ acuit? EEO. Quia sequitur natura longa. VRS. Adde, & præcedit breuis. Quoties enim vltima natura longa est, non refert qualis syllaba præcedat, secus esset si prior esset longa non positione, sed natura. Nunc sona mihi posteriorem syllabam,es. LEO. Diẽs. VRS. Probe,quasi sit

geminũ ee,& ſono Gallico. Atqui vulgus non diſcernit æs in eo vnde eſt æris: in dies & fames, in es à ſum. Quur in miſeris prima acuitur? LEO. Quia penultima natura breuis eſt, eóq; notam nõ habet. VRS. Rurſum ſona mihi miſeris. LEO. Miſeris. VRS. Sentis'ne te hic his peccaſſe? LEO. Qui? VRS. Primum ſe, nõ oportabat aliud ſonare inter duas vocales, q̃ ſonat in ſedere. LEO. Exciderat. VRS. Deinde ris, ſonandũ erat veluti duplicato ij, quẽ-
ijs admodũ ſonas Batauice glaciem. Nũc denuo ſona. LEO. Miſeris. VRS. Pulchre. Sequitur mortalibus. In mor, quam vides notam? LEO. Breuis,& eiꝰ notulæ dimidiũ. VRS. Quid ſibi vult? LEO. Quia ſyllaba mor, poſitu lõga eſt, non natura. VRS. Vnde id doces? LEO. In promptu eſt, quũ dicimus émori. VRS. Quid in tã? LEO. Virgulam iacentẽ, quę doceat natura longã. VRS. Quur præterea nihil? LEO. Quoniã ſyllaba non definit in conſonantem. VRS. Li, quur nullã habet notã? LEO. Quoniam accentus præcedens, indicat eſſe breuẽ. VRS. Quid ſi dicas mortalis? LEO. Circũflectam tâ, natura longam, ſequente bus natura breui. VRS. Quomodo ſonas bus? LEO. Nõ v Vueſphalico, ſed Gallico, niſi q̃ non itidem porrigo labra, neq; proferam ſonũ. VRS. Docilẽ agis diſcipulum. Æui, quur priorẽ nõ circumflectit, ſed acuit? LEO. Quoniã ſequitur vltima natura lõga. VRS. Quid ſi poſitu tantum eſſet lõga? LEO. Circũflecteretur. VRS.

Da exemplũ. LEO. Vt ſi dicas ăŭŭm. VRS. Hic natura breuis eſt. LEO. Sôrex. VRS. Prîma, quur inflectit tonũ? LEO. Quoniã natura longa ſequentem habet natura breuem. VRS. Qui ſi dicas, prima luce? LEO. Acuam primam, & mā addã virgulam, prímā. VRS. Quanq̃ & hoc ſuperuacuũ æque atq; in breui, ſed fúgit, quur acuit priorem? LEO. Quoniam breuis natura breuem præcedit. VRS. Quid ſi dicas fugit heri? LEO. Inflectam fû. VRS. Quur? LEO. Quoniã natura lõga proximam habet natura breuẽ. VRS. Quur prima morbi, caret nota breuis? LEO. Quia producitur. VRS. Quin igiť addita eſt nota porectæ, ſed breuis & ſemis? LEO. Quia poſitu longa eſt, non natura. VRS. Quur prior acutũ habet potius q̃ inflexum? LEO. Quia & ipſa poſitu longa eſt, & ſequiť natura longa. VRS. Vnde ſcis eſſe poſitu longam? LEO. Quia deduci videtur à moriendi verbo. VRS. Quid ſibi vult diphthongus in poſteriore? LEO. Vt diſcernať à genitiuo ſingulari. VRS. Trîſtisque, quur priorem habet circũflexam? LEO. Quoniam natura longa eſt. VRS. Verum, ſed ſequitur longa. LEO. Poſitu, non natura. VRS. Vnde accentus alter? LEO. Exqué coniunctione, quæ proximam è graui facit acutam, quod idem faciunt ne, & ve. VRS. Senéctūs, vides longe aliud ſonare vltimam quàm in mortalibus. LEO. Quid ni videam? Hic Gallos imitor excepto tono. VRS. Et,

quur nullum habet accentum? LEO. Opinor quòd vt coniunctiũcula adhæret illi quod cõnectit, quod idem accidit in nonnullis præpositionibus, quæ sic annectuntur suis casibus, quasi sit vnica dictio, vt inarmis, inbello, exędibus. Item in dissyllabis, vt superomnia, præteromnes, antediem. Nam in vetustis codicibꝰ etiam scriptura coniungit hæc. VRS. Commodus es discipulꝰ qui vicissim & doces. Quid si lâbor inflexisses? LEO. Iam ex nomine fecissem verbũ. VRS. Dírai, quur acuit priorem? LEO. Quia longa natura præcedit lõgam. VRS. Qui fit igitur vt Græci circũflectant μοῦσαι LEO. Quia αι, & οι in fine dictionis, pro breuibus habẽtur, dũtaxat quod ad accentus rationem attinet. Ea lex non est apud Latinos. VRS. Quur igitur nõ scribũt μοῦσαις inflexe? LEO. Obstat addita consonans. VRS. Quur in dirai pro æ scriptum est ai? LEO. Vt distingueres genitiuum à nominatiuo plurali. VRS. Quum, mortis, longam habeat ante breuẽ, quur nõ inflectitur prior? LEO. Quia positu lõga est, nõ natura. VRS. Vnde id coniectas? LEO. Quoniam à Græco μόρος, & inde mori, vt ante dictum est. VRS. Nunc rursus si libet ausculta me sonantẽ hos versus,

Optima quæqꝫ dies miseris mortalibus æui,
Prima fugit, subeũt morbi, tristisqꝫ senectus.
Et labor, & diræ rapit inclementia mortis.

LEO. Auscultaui non oscitanter. VRS, Pri-

mum,animaduertis'ne quaſdam productas ſo nare tono acuro,vt æui,quaſdam inflexo, ve lut in prĩma & trĩſtis. LEO. Senſi diſcrimẽ. VRS. Deinde breues aliquot acuto tono, vt díes míſeris,fúgit,lábor,rápit. LEO. Qua in re peccant Latini quum Græca pronuntiant? VRS. Nec illud te fugit,me nihilo productius ſonuiſſe natura q̃ poſitu longas. LEO. Senſi, verum admonuiſti,ſubtile diſcrimen hoc non ſeruari in metris,qui ſuis currũt legib⁹. VRS. Et in quæq;,ſenſiſti elidi u, licet non penitus. LEO. Senſi & hoc. VRS. Iã in æui, duo ſenſiſti,& diphthongi veſtigium, & ſonum Æolicæ literæ. LEO. Senſi tenue quiddã. VRS. In prima fúgit,arbitror animaduertiſſe te diſcrimen inter inflexũ tonum & acutũ. LEO. Non hic tantum. VRS. Quin in,ſubeunt, nõ te latuit,opinor, aliud ſonare u q̃ in mortalibus & ſenectus. LEO. Videbar audire ou diphthongum. VRS. Idem audis in ſunt, legunt,audiũt. Euidentius erit diſcrimen,ſi tollas liquidam,& ſunt vertas in ſutor,& eunt in vter. LEO. Papæ', quantum intereſt. VRS. Verum hoc fortaſſis excuſabit vetuſtas quę in huiuſmodi ont pro unt ſolet ſcribere,legont, cupiont. Rurſus in optima, deprehendiſti o ſemoueri a pt. Sic efferunt Itali, nec liquet quam ob cauſam,quum ſint duę mutę. Et incertum an ab opto deducta vox ſit, nec ſatis conſtat naturáne producatur prima an poſitu. LEO. Quid igitur? VRS. In his in qui-

bus nec ipſa vocalis,nec diphthongus,nec cognatio dictionũ diſſoluit ambiguitatẽ,pro natura longis habemus,quemadmodũ in trîſtis. LEO. Pergratũ feceris Vrſe, ſi Græcũ diſtichum tantũ,ad eundẽ modũ excuſſeris. VRS. Eſt diſticho locus,en tibi carmen. Heſiodi,

Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει
Αἰδὼς ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται, ἠδ' ὀνίνησι.

Nunc oculis obſerua ſcripturam, vocem auribus. LEO. Iſtic ſum.

Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει
Αἰδὼς ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται, ἠδ' ὀνίνησι.

LEO. Nouũ pronũtiandi genus. VRS. An nõ aliũ audis ſonum in αι quàm in κε, aut in μει? LEO. Quid ni audiã,ni ſurdus ſim? VRS. Audis propemodũ eam vocẽ,quã ædũt Sueui ſonantes Cæſarem ſua lingua. LEO. Maxime. Nec a prorſus,nec i prorſus,ſed tamẽ vtrãq; agnoſco literã. VRS. Deinde in δώς,audis δ, aliquãto ſonare craſſius q̃ d,vulgo ſonant Latini. LEO. Planè. VRS. Ad hæc δὼς,nõ hic idem ſonat quod in δόλος. LEO. Audio longã ex duobus oo minutis cõflatam. VRS. Quid in οὐκ? audis neGallicũ v? LEO. Minime VRS. Italicũ? LEO. Nõ. VRS. Vveſphalicum? LEO. Propemodũ,niſi quod o magis reſonat,vt quũ nos dicimus frigidũ. VRS. Quid in θὴ? LEO. θ feliciter aſpiratum,& pro κ, propemodum a zelandicũ. VRS. Quur θὴ grauatur potius q̃ acuitur? LEO. Quoniã ſenſus nullam ibi cõcedit interſpirationem. Alioqui trãſiſſet gra-

cout

uis in acutũ. VRS. Quid in κτ? LEO. Idem ferè ſonat κ quod in κομίζει, niſi quòd lingua nonnihil lenteſcere videtur ad γ. VRS. Tantulum ſanè dare fas eſt conſuetudini. Nec te fugit hic κτ præter naturam ſuam porrigi, quod à muta liquidaq; excipitur. LEO. Teneo. VRS. Nec ideo produci μέ, quòd habeat tonum acutum. LEO. Vtranq; corripis μέλανος, priore clarius ſonante, poſteriore ſummiſſius. VRS. Quur in ἄνδρα prior acuitur potius quàm inflectitur ἄνδρα? LEO. Quoniã poſitu longa eſt, non natura. VRS. Atqui Homero eſt anceps. LEO. Sat eſt alicubi corripi, vt hanc legem effugiat. VRS. Iam in κομίζω, nónne aliud ſonat vocalis penultima, aliud diphthõgus vltima? LEO. In ζω audio ſonũ ex ς & ι conflatũ. VRS. Atqui noſtro vulgo nihil diſtinguitur inter θι, χρη, μι & ζω. LEO. Sic eſt. VRS. In altero carmine, in ἤτ' rurſus audis a Scoticũ, & in ὀνίνησι præter ν & iota quod ſuo vtcũq; ſono dignoſcitur, quum nos confundere ſoleamus, σι nihil aliud ſonat quàm in σίνεται: alijs ſonaturis ὀνίνξι. LEO. Memini. VRS. Nec ideo corripio penultimũ ν, quòd præcedat acuta breuis, quẽadmodũ nec in μέγα priorẽ porrigo, quòd tono intẽdatur, non extẽdatur. LEO. Nihil euidẽtius, ſi quis aſſueſcat. Iámne ſatis diſſertũ eſt, quod attinet ad rectã pronuntiationẽ? VRS. De rhetorica pronuntiatione non inſtitueramus dicere, de grãmatica non ita multũ arbitror ſupereſſe,

si iunxerimus distinguendi rationes. Nam & in his peccat vulgatus vsus. Nec iam loquor tantum de incisis, quæ cõmata vocant Græci, deq; membris, quę cola nominãt, & de periodis, quæ conclusiones aut circumacta dicas licebit, deq; notis horum si scribas: silentij modis, si pronunties, verum etiam de morulis respirationũ, quæ tradi arte non possunt, quandoquidẽ nec in illis tradendis admodum consentiunt grammatici, nec perpetuũ est, quod tradunt. Nec enim semper æquale silentium dirimit cõma à cõmate, nec colon à colo. Nec quamuis periodũ sequitur æque prolixa respiratio. Quoties enim articuli constant singulis verbis ἀσυνδέτως, neq; nihil, & minimũ moræ debet interponi, vt, veni, vidi, vici. Sin duabus ac pluribus vocibus, plusculũ interponitur moræ, vt, rem familiarẽ prodegit, famã prostituit, genus dehonestauit, amicos alienauit, patriã prodidit. Hic commatũ cursus quidam, & cõgeries est. Rursus quum prius comma proponitur velut à percontante, & posterius accinitur velut à respondente, paulò longius silentiũ intercedet, vt, Quæ tandem spes est illũ fore frugi? Num pudor corriget? Iam pridem depuduit. Amicorũ cõsilia? Ne parentibus quidẽ vnquã auscultauit. Ætas grãdior? Ea semper addidit nequitiã. Interdũ ipsa incisa habent leuem incisionẽ, velut in illo Musonij dicto, Si quid turpe feceris cum voluptate, voluptas abit, turpitudo manet. Si quid hones-

ſte feceris cum labore, labor abit, honeſtas ma net. Hic quanquã in vtroqꝫ membro, poſt vo luptate & labore eſt diaſtole, tamẽ poſt feceris, & poſt abit, & manet, nõnihil eſt reſpirationis, quo magis ſentiatur ἐναντίωσις. Rurſus idem fit in ſecũdo mẽbro. Subtilius eſt autem quod indicat Fabius in Arma, virũmqꝫ cano: Primã di ctionẽ arma, per hypodiaſtolẽ ſeparandã à ſe quẽtibus, quũ vterqꝫ caſus, referatur ad idẽ ver bum cano, cæterũ quoniã virũ refertur ad ſe quẽtia: nimirũ hęc, Troiæ qui primus ab oris, breuiſſima interſpiratiũcula monẽdus eſt audi tor, ſic vt minimũ accedat ſilẽtio, minimũ de cedat breui ſyllabæ. Vnde & ὑποσυσολὴ dici tur, quòd breui quoqꝫ nõnihil detrahitur. Quo ties enim ex longa fit breuis, vt, vrbẽmqꝫ Fide nam, ſyſtolen vocãt grãmatici, hoc hypoſyſto len appellat Fabius, quæ dimidiũ tẽporis de trahit ſyllabę, & addit ſilẽtio. Rurſus poſt hãc clauſulam, Atqꝫ altæ mœnia Romæ, quatuor aut quinqꝫ temporũ ſpatio vocem ſuſpendere licebit, vt velut nouo exordio ſubijcias, Muſa mihi cauſas memora. Interdũ & vox nõnihil immutatur, vbi particulã à ſenſu diuulſam in terſeris, vt, Hos illi, quod nec bene vertat, mit timus hœdos: quod nec bene vertat, voce nõ nihil immutata ſonatur. Obſcurius eſt in illo, Qui malum, alij: Malum enim, quoniã interie ctionis vicem obtinet, leui ſubmiſſione vocis diſtinguendũ eſt, nec nõ morula, ſed breuiſſi ma. Cæterũ in Adelphis Mitio quum dixiſſet,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Storax,clariore voce,nimirũ accerſens ſeruũ, interpoſito iuſto ſilentio, reliqua mutata voce veluti ſecum loquitur. Verum hæc perſequi non eſt huius inſtituti,& extant authores vnde hęc qui volet poſſit petere:quod hic agim⁹ illud eſt,pueros arcendos à more quorundam, qui totum ſermonem perpetua linguæ volubilitate,&,vt Græci dicunt,ἀπνευσὶ pronuntiãt, quod in Gallis potiſſimũ mihi videor animaduertiſſe,nonnullis etiam hoc ceu virtutem affectantibus. Rurſus alij ſingulas penè voces longa interſpiratione,aut etiam tuſſi gemitúve dirimũt,nec vllum tam leuiter inciſum occurrit,vbi non diutius interſileſcant. Sunt autem voces quæ ſe nullo ſilentio interpoſito patiuntur cõiungi,vt cumprimis,& homo prædiues, oratio benelonga, vir maleſanus, quaſi compoſitæ ſint. Rurſus aliæ non patiuntur, vt,vxor iuſſit ſuo nomine tibi ſalutẽ dicerem: vxor à iuſſit,tenui diſcrimine ſeparãdum eſt, atque etiam iuſſit à pronomine ſuo, ob colliſionem conſonantium:ſuo nomine,probe cohærent. At magis faciẽdum in duplicibus duplicatis,aut cõcurſu duplicatarum,vt ſyncera pax xenia nõ moratur:& pons ſtruẽdus:inter pax & xenia,inter pons & ſtruẽdus diſtinctio ferè duo requirit tẽpora. Et,Declarãt ſtudiũ, in nos ſuũ:Inter declarant & ſtudiũ,vix ſufficit interpoſuiſſe tempus vnum. LEO. Deum immortalẽ,quàm operoſa res eſt emendate loqui. VRS. Ex his conijcias licebit cętera. Nam,

vt diximus,innumerę ſunt cauſæ quę vel con tinuationem ſuadent,vel inciſionem dictionũ & partium. LEO. Probásne quorundam,meo iudicio,moroſam diligentiam,qui Greęcorum exemplo Latinis dictionibus aſcribũt ſpiritus ac tonos,ac præter illorum exemplum, etiam porrectionis aut correptionis notas addunt,h quoqȝ è literarum ordine ſubmota, huius vice notulã ſuperſcribunt aſpirandæ literæ? VRS. Superſtitioſum ſcribendi genus audio. LEO. Nó defuere tamẽ apud Italos, qui genus hoc inuehere moliebantur. Si pateris addã exemplum tuæ vaginæ. VRS. Vel totam accupa. LEO. Diſtichon ſat erit.

Ŏmnĭă ſũnt ō̆mĭnūm tĕnŭī pēndēntĭă fĭlō.
Ēt ſūbĭtō cāſū quæ vălŭērĕ rŭūnt.

LEO. Quid tibi videtur? VRS. Hic illud vetus occurrit, μηδὲν ἄγαν. Primum h, iam tot ſeculis receptam quid attinet tollere? Deinde ſignare temporum minutias, nimis curioſum mihi videtur: tonos & productiones aut correptiones in his notare, in quibus cauſa quæpiam hortatur, probo. LEO. Quot cauſas adferunt? VRS. Tres potiſſimum, diſtinctionem, ambiguitatem, & neceſſitatem. Diſtinctio & ambiguitas, quarum vna videtur habere locum in vnica dictione, altera in duabus, pluribúsve, ſuadet addi notam mutati accentus, vt quum dicimus, ponè ratem, vltimæ tonũ addimus, vt ponè intelligatur eſſe prępoſitio, idem valens quod iuxta: nõ imperatiuũ à

pono. Nam pône metum,habet priorem circunflexam. Rursus,penè rem patriam perdidit,quum aduerbium intelligi volo,posteriori tonum addo:quum membrũ obscœnũ,priorẽ inflecto,pênè rem perdidit. De lâbor & lábor ante dictum est. LEO. Memini. VRS. Idem licet in palàm dedit,aduerbium indicãs,addo tonum in fine:si est instrumentũ rusticanum, aut anuli pars, priorem inflecto. Nec eodem modo sono,quum improbum & efferatis moribus aio féræ similem:& quum eum qui non multum abest à forma alterius,dico ferè similem. Ad eundem modum quantitas distinguit dictionem: cēdo,vnde cecidi,longam habet & acutam : cedo vnde cessi, non habet quo discernatur , nisi forte tono cêdo : sed à cĕdo, quod pro dic interdum vsurpatur, nota breuitatis discernitur. At cécidi à cado,primam habet acutam:à cedo,penultimam. Item profécto participium est,profectò aduerbium affirmantis:& vúlgo verbum est,vulgò nomen, siue aduerbium. Cérto verbum, certò aduerbium. Fálso nomen,falsò aduerbium, úna nomen, vnà aduerbium : ōs, vnde oris: & os, vnde ossis : & ôra ab os, & óra verbum:érgo coniunctio , & ergô nomen pro gratia, Illius ergô venimus. Ita distinguimus raûce & spûrce nominandi casum,& ráuce, spúrce aduerbium: lége verbum à lêge nomine: vénimus & vênit præteritum , à venîmus , & vénit præsenti: & diuûm à díuũ,& deûm à déum,

& numûm à númum. Huius generis exem-
pla ſunt infinita. Neceſſitatis exẽplũ adferunt,
quũ dicimus intereá loci, in aduerbio trãſferẽ
tes tonũ ab antepenultima prioris dictionis in
vltimam, & proximam dictionem ſuo tono
ſpoliantes, vt auditor admoneatur, intereá lo-
ci, nihil aliud valere quàm interea. Nam loci,
feſtiuitatis cauſa adiũgitur. Huius farinę ſunt,
maléficus, maleſ âńus, ſicut maleſuâda, ádmo-
dum, propémoduum, ínuicẽ, propédiem. ín-
dies. Idem fit quoties ex præpoſitione & ad-
uerbio conflatur dictio, próinde, déinde Simi-
liter in coniunctionibus, enímuero eténim, ſí-
quidem, quandóquidem. Nec ideo ſtatim cor-
ripio, ve, penultimã in enimuero, ſi nim, præ-
cedentem ſyllabã acuo. Neceſſitatis exemplũ
producunt, quum dicimus, homo probus do-
ctúſqꝫ, vt intelligas, qꝫ, coniunctionem adhæ-
rere proximæ dictioni præter rationẽ accen-
tuum: poſteriorem ſyllabam acuo: & ſí pluriũ
ſyllabarum ſit dictio geminum addo tonum,
vt omniúmque. Aliter enim effero, ómnium
quæ fecit rationem reddidit: aliter, patris ŏm
niúmqꝫ cognatorum fauorem amiſit. LEO.
At vereor ne quis nos ebetes ſtupidóſque vo-
cet, ſi non queamus ex ipſo ſenſu dijudicare,
in falſo queritur genus humanum: falſo ad-
uerbium ſit, an nomen, an participium. Aut in
illo, Nunc ſcio quid ſit amor: amor, nomen
ſit an verbum. VRS. Sit hoc ſanè perſpicuũ
mediocriter eruditis, ac frequãter ſic incidũt,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt semidocti labantur, docti nonnihil hęsitēt: an non rectū fuerit illorum errorē, horū contatiunculam exiguo negocio, redimere? Vulgo quantum operæ perit in adiectitijs literarum flexibus & lasciuientibus lineis? Quanto facilius est addere virgulam, quæ vt doctis nihil officit, ita pueris & illiteratis est necessaria. Rudis enim ætatis hic negocium agimus potissimum. His quū dictamus, ab his quum exigimus dictata, quum scripturam emendatam exposcimus, tum hæc superuacanea videri nō possunt. Nec tamen in his mihi probatur anxia superstitioſáq; cura, præsertim vbi res agitur seria, quod non hic tantum præcepit ille scriptorum omnium diligentissimus Quintilianus, sed eum qui bene scribere nititur, curiosum non esse, sed fuisse oportet, quemadmodum, vt ait Seneca, quædam didicisse oportet, non discere. Tum demum gratiam habet in arte negligentia, si successit immodicę diligentiæ ita vt curam remissam sentias non omissam. Hæc nimirum est illa docta negligentia, quam Terentius mauult æmulari quàm aliorum obscuram diligētiam. LEO. At sunt qui putant à magnis authoribus rectissime dictū, scientiam mihi seruans, vsum sequor: &, sapiendum vt pauci, loquendum vt plures. VRS. Isthuc tum fortassis erat aliquid, quum sermonis ius adhuc penes populum erat, quúmque ritu foliorum cadentium vicissim ac subnascētium noua verba gigneret, deijcerétq; quæ

fuerant in honore vocabula pro ſuo arbitrio popularis vſus. Quanq̃ nec Cicero, nec Quintilianus loquuti ſunt in plures: Nec enim vulgo receptus error, vſus nomen promeretur. Nunc vero nihil rei nobis eſt cum populo: à doctis petitur omnis loquendi ratio. LEO. A quibus tandem, & quo ſeculo natis? VRS. Hic tibi pro me reſpondet vetus Græcorum prouerbium, οὔτε πάντα, οὔτε ϖάντϰ, οὔτε παρὰ πάντωμ. A Cicerone nemo negat optimum loquẽdi exemplar peti, nec inficiari poſſumus eo ſeculo dicendi genus incorruptiſſimũ fuiſſe, quo iam & horror ille nimium priſcæ vetuſtatis abeſſet, & nõdum degeneraſſet Romanæ linguæ ſynceritas. Non tamen ab vno Cicerone petam omnia, nec ſtatim quicquid illi placuit, pro optimo duxerim, vt riſſi dicere malim quàm riſi, quia ſic ille fertur ſcribere ſolitus. Nec reijciam ſi quid vetuſtiores aut recentiores porrexere melius. LEO. Nunc quibuſdam putet quicquid in libris Ciceronis nõ deprehenditur. Rurſus alij ſi quam ſcripturã in carioſa charta, aut in ſaxo vetuſtate ſemeſo, aut in nomiſmate peruetuſto reperiũt, eã vocant in exemplum dicendi ſcribendiq̃. VRS. Equidem hoc hominum genus, ridere ſoleo nõ odiſſe. Delectãt enim nos antiquitatis ſtudio nonnunquam & proſunt. Nõ permittam autem illis, vt è ſuis delicijs, loquendi leges nobis præſcribant. Siquidem orthographiæ ratio nec eodem ſeculo fuit eadem apud omnes.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et tamen obsoleta loco intermixta suam habent gratiam, veluti quum citamus priscorum dicta, aut ad illa alludimus. Tum si quid desiderabitur in supellectile Romani sermonis, quod apud Ciceronem non reperiatur, haud verebor ex Catone, Varrone, Plinijs. Quintiliano, Seneca, Suetonio, Quintio Curtio, Columella, sumere mutuo: Si ab his quoque destitutor, supereſt Græcorum sacra ancora. LEO. Nihil ne igitur petendum ab horum temporũ consuetudine? VRS. Quid ni, si quid habeat recti. Vides quàm multa sumpserimus ex Gallorum, Germanorum, Britannorum, Italorũ vulgari pronuntiatione. Et si mihi disputandum esset in scholis publicis, ineptus essem si nihil tribuerẽ ibi receptæ consuetudini. Præstat enim balbutire cum balbis, quàm & rideri, nec intelligi. Attamen ita cedendũ est consuetudini, vt medicus cedit morbo, paulatim alleuians quando semel non potest tollere. Et nunc in scholis feruntur, quæ ante annos triginta fuissent explosa: Adeo quædam facilius elabuntur quàm expelluntur. Quis olim tulisset in templis pronuntiantem Timtótheus antepenultima acuta. Aut kyrie eleeson, septem syllabis, & absq; dipthongo? Aut Christe sonantẽ pro Criste? Nunc probantur etiã, non modo feruntur. Cæterum illa debet esse curarũ prima, ne puer Græce Latinéve pronunciãs, ex vulgari sermone vitia trahat quorum minimũ esse ferunt apud Romanos, plu-

rimũ apud Gallos,plus ſatis apud Germanos, nõnihil & apud Hiſpanos. Anglis in ratione pronuntiandi,ſecundũ ipſos primã laudẽ tribuunt Itali.Sed quid riſiſti Leo? LEO. Rugire leonum eſt,non ridere. Dicam tamen quæ res in mẽtem veniens mihi riſum excuſſerit. VRS. Narra te quæſo,vt ipſe quoq; tecum rideam. LEO. Dicam. Non admodum diu eſt, quòd me forte preſente MAXIMILIANVS Cæſar,ab aliquo oratoribus ſalutaretur,quod ex more magis quàm ex animo nõnunq; fieri ſolet,quorũ vnus erat Gallus, natione Cenomanus,nomen nõ exprimã, ne videar hominem notare cui bene volo.Is orationẽ ab Italo quopiam,vt arbitror, cõpoſitam, nec male Latinam,adeo Gallice pronuntiauit, vt Italis aliquot eruditis qui tum aderant, Gallice non Latine dicere crederetur . Nominare poſſim ex illis aliquot tibi non ignotos . Quũ is peroraſſet,non abſq; incõmodo: Nã in media dictione ſibi exciderat,turbatus,vt cõijcio, riſu circũſtantiũ:quærebatur qui ex more reſponderet,idq; ex tempore. Nã Galli oratio præter expectationem acciderat.Protruſus eſt ad hoc negocij Doctor quidẽ aulicus. VRS. Vnde id liquebat? LEO. Pileum geſtabat ſuffultũ candidis pellibus.Hoc ſigni.Is hunc in modũ orſus eſt.Cęſarea mageſtas valde caudet fidére fos,aliaq; tanto ſpiritu, tamq; Germanice,vt nemo vulgari lingua dicens poſſit magis Germanice.Hũc maior excepit riſus. Sequut9 eſt

orator Daniæ,quanquam is qui dicebat videbatur Scotus, mire referens eius gentis pronuntiationem . Huic oppositus est Zelandus quidam,deierasses neutrū loqui Latine. VRS. Quid interea Cæsar, potuit ne tenere risum? LEO. Assueuerat huiusmodi fabulis,nec erat vllius linguæ rudis. Verum hæc eò dico, quo tua dicta confirmem,nihil prius curandum q̄ vt puer dediscat vitia linguæ gētilitiæ.Superest vt indices quibus id rationib⁹ quàmocyssime & q̄felicissime fieri possit. VRS. A psitaco licet exemplum sumere . Crebro occinitur meditāti,ac subinde exigitur quod didicit. Si indocilis est,domatur ferula,reddenti quod accepit, cibus præmij loco est. Adhibendus qui linguam habeat emendatā,is admonitus quomodo prꝙeat,conantem adiuuet,feliciter reddentem collaudet,relabentem in veterem cōsuetudinem crebro corrigat: mensis vnus totum hoc negocium absoluet.Profuerit si puer sodalib⁹ vtatur minime balbis,sed incorrupte explanatéq̄ loquentibus. LEO. Rationē probo,nisi quòd interim periculum est, ne, quoniam perpauci sunt emendate loquentes,post cogatur quod magno sudore didicit , maiore dedisce re, itaque fiet vt nec Italis placeat,nec suis. VRS. Quod scholis accidit , idem eueniet omnibus cæteris,optima placebunt si nō omnibus,certe quamplurimis. Et tamen non improbarim,si cui tāta naturæ dexteritas obtigit,vt quemadmodum Polypus colorem ad

loci ſubiecti ſpeciem, ita rhetor vocem ad auditorum aures pro tempore accommodet.

LEO. Quibus rebus fiet, vt contingat emendata pronũtiandi celeritas, præſertim in Græcis, quæ ferè grandiores hodie diſcimus? VRS. Quid aſſequutus ſim neſcio, quid quomodo conatus ſim aperiam. Quur enim quicquam arcani celem talem amicum? LEO. Muto dixeris. VRSVS. Vt tamen aurito. Poſteaquàm literas, ſyllabas, ac dictiones Græcas ſatis eram meditatus, ad parandum inoffenſam celeritatem his artibus vtebar. Adiunxi me quibuſdam, quos exiſtimabam caſtigatiſſime ſonare, finxi me codicum duorum collatione velle caſtigare librum, perſuaſi id vtriſque fore commodo: quum in hoc, vt vtriuſque codex ex alterius comparatione fieret emaculatior, quemadmodum manus manum fricat: tum ad eruditionem. Sic autem conuenit, vt alternis vicib⁹ recitaremus & auſcultaremus. Principio lentior erat recitatio, deinde, quemadmodum ſolet, incaleſcens paulatim lingua ſponte ferebatur ad celeritatem. Si mihi cum doctiore res erat, tantum orabam, vt ſecus quàm oporteret ſonantem admoneret: Ipſe recitantis linguam arrectiſſimis auribus obſeruabam, oculis in codicem fixis. Si quid eſſet recitatũ difficilioris ſoni, fingebam me non ſatis percepiſſe, rogabam'que vt repeteret, quo certius eius ſyllabæ ſonitum infigerem animo. Quum ille iam recitando de-

fessus esset,& ad me recitandi vices rediissent, illius linguã pro viribꝰ imitabar,reprehendẽ-ti gratias agebã. Si cũ pari negocium esset su-sceptũ,æquis legibus paciscebamur,vt vterꝙ alterũ reuocaret errantẽ. Ad hoc munus in-terdum natione Græcũ mercede cõduxi,licet alioqui parũ eruditũ, ꝓpter natiuũ illũ & pa-triũ sonũ. Tametsi doctos aliquot nactꝰ sum, quorũ pronuntiationẽ ego sanè Græcorum quorundam eloquutioni nõ dubitẽ antepone-re. Huic exercitationi datũ est trimestre spa-tiũ. Nec vllius operæ me minꝰ pœnituit vnq̃. Nec enim simplex erat huius laboris vtilitas. Excepta siquidem exercitatione pronuntian-di,primum ipsa lectio præterq̃ quod erat ala-crior ac vigilãtior quãm si solitaria fuisset,ha-bebat & illud cõmoditatis ,licebat scisci tari, si quid parũ intelligerẽ. Nam & imperitior sępe numero tenet,quod doctiorẽ fugit. Et nescio quo pacto fit,vt acrius meminerimus,quę re-citari audimus,q̃ quæ taciti legimus, interdũ semisomnes. LEO. Nihil verius. VRS. Hac arte euoluimus seu reuoluimus potius totum Demosthenem,totũ Plutarchũ,totũ Herodo-tum, Thucydidem,Homerum &Lucianum. Nec his contentus, asciui mihi sodalitatẽ ali-quot φιλελλήνωϱ. Conditæ leges ne quis su-per cœnã,nisi Greece loquereretur,παρανόμῳ mulcta dicebat pecuniaria , si quis Latine di-xisset absq; veniæ præfatione, assis: si Græce quidẽ,sed inemendate,assis dimidiũ: si bis ad

eundem impegiſſet lapidē, hoc eſt, ſi delaberetur in eum errorē, cuius antè fuiſſet admonitus, drachma. LEO. Quomodo ſucceſſit res? VRS. Initio ſubmoleſte, ne dicā dolo, verum pauculis diebus ſucceſſit facilitas, mox & iucūditas nō ſine fructu, maximo. His artibus hāc quātulācunqꝫ dicēdi legēdiqꝫ promptitudinē ſum adeptus, ad quā tuendā plurimū confert alijs prælegere bonos authores. LEO. Optarim tibi fortunā exiliorē. VRS. Etiā'ne exiliorē, quū penè nulla ſit? Quo meo merito mihi precaris tantū mali? LEO. Præficerem te meo leunculo. VRS. Næ tu planè, quod dici ſolet, boui clitellas, aut ſi quid eſt ineptiꝰ. Quòd ſi literator eſſe poſſem, habeo domi quos doceam. Verū hanc operā tibi polliceor mi Leo: Tu quod potes diſpice ſi quē nanciſci poteris idoneū huic prouinciæ, ego viciſſim circūſpiciam, ſi quid queā: & collatis in cōmune noſtris cōſilijs proſpiciemus catulis noſtris, vt ex hominibus nati videri queant. LEO. Habeo gratiā Vrſe, quantū poſſum maximā, relaturus etiā vbi vbi dabitur & oportunitas & facultas. Quàm tibi Leonis occurſus fuerit felix neſcio: mihi tales Vrſos optarim ſæpius occurrere. Onuſtus tuis officijs domum redeo. VRS. Nec ego nihil aufero bonæ farcinæ. Par pari relatum eſt. LEO. Vnū te velim adiūgere tam multis in me benefactis. VRS. Quódnam? LEO. Iſtam vaginā optarim eſſe meā. VRS. In quem tandē vſum? LEO. Ne mihi

excidãt iſti verſus tam belli picti. VRS. Quid ni? vt cũ Samijs ridearis literatus miles. LEO. Ego vero ſic vel literatiſſimus haberi cupiam: & ſi proficiſcar in bellum, nolim vllam armorum partem eſſe mutam, ſed & vaginam, & enſem, & capulum, & arcum, & ſagittas, & lãceam, & bombardam, & galeam, & thoracem, & baltheum, & clypeum optarim habere literarum nonnihil, quod me alicuius bonæ rei admoneret. Sin domi ſit agendũ, cuperem totam vndiq; loquaciſſimam eſſe, ſic vt & poſtes, & oſtia, & feneſtræ, & ſingulæ teſſellæ vitreę, & trabes, & laquearia, & pauimenti lateres, & parietes, ad hæc & ſupellex vniuerſa, lodices, cortinæ, aulęa, menſæ, ſellæ, mantilia, diſci, cãtari, cyathi, cochlearia, pelues, ollæ, chytropodes, aliquid loquerentur quod expediret non obliuiſci: tantũ abeſt, vt me puderet iſtius vaginæ. VRS. Aiunt inauſpicatum eſſe, ſi quid huiuſmodi rerum, quæ aduerſus hoſtes geſtãtur, amicus donet amico. Hoc ominis vt vitemus, ex donatione cõmutationem faciamus. Da tuum enſem & accipe meum, ſitq; hoc pignus inter nos initi literarij fœderis. LEO. Quod nobis vtriſque noſtriſq; catulis bene vertat, accipio quod offers, Muſis, vti ſpero, bene fortunaturis.

ERASMI ROTERODAMI DE PRONVNTIATIONE DIALOGI FINIS.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

DES. ERASMVS ROT. ORNATISSIMO VIRO IOANNI VLATTENO S. D.

ARduum in primis, planéq; regium munus est, vir ornatiſsime, prudentibus fidisq; consilijs reip. proſpicere, quod nimirum intelligẽs Homerus, eum, penes quem erat ſumma rerum, βουληφόρον appellat, nec vlli præclarius de ciuitatibus ac regionibus merẽtur, quum omni quidem tempore, tum vero præcipue hoc ſeculo, quo neſcio quo fatali tumultu, ſurſum deorſum miſcẽtur omnia, ſiue Chriſtianæ religionis ſtatum inſpicias: ſiue monarcharũ ac rerum publicarũ conditionẽ reputes, ſiue ſtudiorũ ac literarũ rationẽ intueare, vt nõ alio tẽpore verius fuerit illud Grẽcis celebratũ, ἱερὸν ἡ βουλή. Te vero in hoc pulcherrimo negocio ſumma fide, mira vigilãtia, pariq; dexteritate verſantẽ interpellare, fortaſſis improbũ, aut impiũ etiam videatur: ſed quoniã arbitror nõ ſine cauſa præcipere Flaccum, Miſce ſtultitiam cõſilijs breuem: en adeſt ab Eraſmo

tibi libellus, qui ſuis nugis aliquantiſper auocet animũ tuum à grauibus tetricisq; negocijs. Quãquã hæ nugæ ſunt eius generis, vt, quẽadmodũ ait idẽ, Seria ducãt: tantum autem abſit, vt nihil attineãt ad remp. vt ad te quoq; peculiariter ſpectẽt, qui rei ſcholaſticę apud Aquiſgranos ſummam curã ſuſceperis. Multorũ enim partim ignauia, partim ſiniſtris moribus fit, vt bonæ literæ, quæ ſat feliciter cœperãt effloreſcere, iam paſſim vergãt ad interitum, & quaſi ſit hoc parũ, extitere pridẽ, qui nobis veluti nouã ſectã moliũtur inuehere: Ciceronianos ſeſe vocãt, intolerabili ſupercilio reijciẽtes omnium ſcripta, quæ Ciceronis lineamẽta non referũt: & adoleſcentiã à cæterorũ ſcriptorũ lectione deterritã ad vnius M. Tullij ſuperſtitioſam æmulationẽ adigunt, quum nulli minus exprimãt Ciceronem, quàm ipſi, qui ſe huius tituli fumo moleſtiſſime vẽditant iactitantq;. Quanta vero ſtudiorũ pernicies, ſi perſuaſum fuerit neminem præter vnum M. Tulliũ vel legendũ eſſe, vel imitandũ? Subolet autẽ & aliud huius nominis prætextu geri, nimirum vt pro

Christianis reddamur Pagani,quum ego nihil prius agendũ existimẽ,quàm vt bonæ literæ, Christi domini Deiq̃ nostri gloriã,ea sermonis copia,splẽdore, nitorecq̃ prædicent,quo M. Tullius de rebus prophanis dicere solitus est. Et animaduerto iuuenes aliquot,quos nobis remittit Italia,præcipue Roma,nonnihil afflatos hoc affectu. Visus itaq̃ sum mihi rem facturus nec inutilẽ ad pietatẽ,& studijs adolescentiæ conducibilẽ, si lucubratiunculam vnam huic rei darem,non vt eloquentiæ candidatos à Ciceronis imitatione deterream:quid enim insanius?sed vt ostendam quo pacto fieri posset, vt verè Ciceronem exprimamus,& summam illius viri facundiam cum Christiana pietate copulemus. Argumentum hoc dialogo tractauimus,quo simul & minus esset tædij lectoribus,& res facilius illaberetur in affectus iuuenũ.Bene vale.Basileæ postridie Idus Februarij,

ANNO. M. D. XXVIII.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

DES. ERASMI RŌTERŌDAMI DIalogus, cui titulus CICERONIANVS, ſiue, De optimo dicendi genere.

Perſonæ,

BVLEPHORVS, HYPOLOGVS, ET NOSOPONVS.

BVLEPHORVS. Quẽ video nobis procul in extrema porticu deambulantẽ? Niſi parũ proſpiciunt oculi, Noſoponus eſt vetus ſodalis, & ſtudiorum σύντροφος. HYPOLOGVS. An hic eſt ille Noſoponus, olim cõgerronũ omniũ lepidiſſimꝰ, rubicũdulus, obeſulus, Veneribus & Gratijs vndiqꝫ ſcatens? BVL. Is ipſe eſt. HYP. Vnde hæc noua ſpecies? Laruæ ſimilior videtur quàm homini. Nũquis hominẽ habet morbus? BVL. Habet grauiſſimus. HYP. Quis obſecro? Num hydrops? BVL. Interius malũ eſt, quàm in cute. HYP. Num nouũ hoc lepræ genus, cui vulgus hodie ſcabiei nomine blãditur? BVL. Et hoc interior hæc lues. HYP. Num ptyſis? BVL. Penitius inſedit malũ quàm in pulmone. HYP. Num phthiſis aut icteris. BVL. Eſt quiddã iecore interius. HYP. Fortaſſe febris in venis & corde graſſans. BVL. Febris eſt, & nõ febris, interius quiddã adurẽs quàm ſi febris in venis aut corde graſſetur. Sed de-

sine fruſtra diuinare, nouum mali genus eſt.
HYP. Nondum igitur habet nomen? BVL.
Apud Latinos nondũ, Græci vocãt Zeloduleã.
HYP. Nuper accidit, an χρόνιον eſt malum?
BVL. Annos iam plus ſeptẽ eo tenetur miſer.
Sed heus cõſpecti ſumus. Videtur huc gradũ
flectere, melius ex ipſo cognoſces quid ſit ma
li. Initio Dauũ agã: tu fac orationi ſubſeruias,
& fabulæ partẽ agas. HYP. Equidẽ id faciã ſe-
dulo, ſi norim quid mihi deleges. BVL. Per-
cupio veterẽ amiculũ tãto leuare malo. HYP.
Etiámne rem medicam calles? BVL. Scis eſſe
demẽtiæ genus, quod nõ totã mentẽ adimit,
ſed vnã modo partẽ animi lædit, verũ inſigni
ter, veluti ſunt qui ſibi vidẽtur capite taurina
geſtare cornua, aut naſo prælongo onuſti, aut
ingẽs idq; fictile portare caput exili collo in-
nixum, mox comminuendũ, ſi ſe vel tantulum
commoueãt: nõnulli ſunt, qui, quoniã ſe mor-
tuos arbitrãtur, viuorũ exhorrẽt congreſſum.
HYP. Deſine. Noui iſtud morbi genꝰ. BVL.
Ad his medendũ nõ alia via cõmodior, quàm
ſi te ſimules eodẽ teneri malo. HYP. Iſthuc
audiui frequẽter. BVL. Id nunc fiet. HYP.
Huius fabulæ nõ ſpectator, verũ etiã adiutor
lubẽs fuero. Nã homini cũ primis bene volo.
BVL. Ergo cõpone vultũ & ſume perſonã,
ne quid illi ſuboleat rem de compoſito geri.
HYP. Fiet. BVL. Noſoponũ etiã atq; etiã ſal
uere iubeo. HYP. Et Hypologus Noſopono
ſalutẽ dicit. NOS. Equidẽ vobis ambobus pa-

ria viciſſim precor. Sed vtinam adſit quod op
tatis mihi. BVL. Non abeſſet ſi nobis tã eſſet
in manu dare, quàm eſt optare. Sed quid eſt te
rogo mali? Nã iſta facies ac macies neſcio quid
ſiniſtri pollicẽtur. Apparet hepatis eſſe vitiũ.
NOS. Imò cordis vir optime. HYP. Bona ver
ba. Siquidem malum immedicabile narras.
BVL. Nullane ſpes in medicis? NOS. Ab hu-
manis præſidijs nihil eſt quod ſperem. Numi
nis opus eſt ope. BVL. Atrocem morbũ nar
ras. At cuius tandem numinis? NOS. Eſt diua
quæ dicitur πειθώ. BVL. Noui deam flexani
mã. NOS. Huius amore depereo, emoritur us
ni potiar. BVL. Haud mirũ Noſopone ſi con-
tabeſcis. Noui quàm ſit res violenta Cupido,
& quid ſit eſſe νυμφόληπτον. Sed quampridẽ
te corripuit amor? NOS. Anni ſunt fermè de-
cem, quòd hoc ſaxum voluo, nec adhuc ſucce
dit. Itaq; certum eſt aut immori negocio, aut
aſſequi tantum quod amo. BVL. Tenacem pa
riter atq; infelicem amorem narras, qui tot an
nis nec elabi potuerit, nec copiam adamati fe
cerit. HYP. Fortaſſis hunc nymphę ſuę copia
diſcrutiat magis quàm inopia. NOS. Imò in-
opia maceror infelix. BVL. Qui poteſt? Quã
do ſic hactenus omniũ vnus excelluiſti dicen-
di facultate, vt pleriq; de te prædicarent, quod
olim de Pericle dictum eſt, ſuadelam in tuis
ſeſſitare labijs. NOS. Vt paucis dicã, mihi pû
tet omnis eloquẽtia præter Ciceronianã. Hæc
eſt illa nympha, cui⁹ amore colliqueſco. BVL.

Nunc affectũ intelllgo tuum. Spetiosum illud & amabile Ciceroniani cognomen ambis. NOS. Adeo, vt ni consequar, vitam mihi acerbam existimem. BVL. Prorsus mirari desino. Ad rem enim omniũ pulcherrimã animũ adiecisti, sed nimiũ verũ est quod dici solet, Λύσαι κολα τὰ καλά. Iã tuis votis in meipso faueo, si quis deꝰ propitius nos respiciat. NOS. Quid rei est? BVL. Dicam, si potes riualẽ perpeti. NOS. Quorsum ista? BVL. Eiusdem nymphę me discrutiat amor. NOS. Quid audio? Teneris eadem cura? BVL. Vt qui maxime: & indies accrescunt flammæ. NOS. Isto quidẽ nomine mihi charior es Bulephore, vt quem hactenus semper in primis dilexi, nunc etiam amare incipiam, posteaquam conueniũt animi. BVL. Fortasse nolles isto leuari morbo, si quis herbis, gemmis, aut incantamentis opem poliiceatur. NOS. Istuc esset occidere non mederi. Aut moriendũ est, aut potiundũ: nil mediũ est. BVL. Vt facile tuũ affectũ ex meo diuinabã. NOS. Nihil itaqꝫ te celabo, velut ijsdẽ misterijs initiatũ. BVL. Tuto quidem istuc feceris Nosopone. NOS. Me nõ solũ pulcherrimi cognominis splẽdor sollicitat, verumetiã Italorũ quorundam procax insultatio, qui quũ nullã omnino phrasim probent præter Ciceroniam, summiqꝫ probri loco ducãt negari quempiam esse Ciceronianum, tamen huius cognominis honorem ab orbe condito, nemini Cisalpinorum congitisse iactitant, præterquam

vni Christophoro Longolio, qui nuper è viuis excessit. Cui ne videar hoc laudis inuidere, idem ausim de illo prædicare, quod de Caluo scripsit Quintilian⁹. Fecit illi properata mors iniuriã. HYP. Imò non tam illi q̃ optimis studijs præpopera Longolij mors fecit iniuriam. Quid enim ille nõ potuisset nobis in bonis literis restituere, si tali ingenio, tali industrię iustũ vitæ spatiũ addidissent superi? BVL. Verũ quid vetat, quo min⁹ quod vni datũ est, Musis fauentibus, obtingat pluribus? NOS. Ille huic pulcherrimo facinori immortuus est, mea sententia felix. Quid enim pulchrius, quid ampli⁹, quid magnificẽtius, q̃ Cisalpinũ hominẽ Italorũ suffragijs appellari Ciceronianũ. BVL. Gratulandũ arbitror illius felicitati, qui suo tẽpore decesserit prius q̃ hanc gloriã aliqua nubecula offuscaret, vel ob Græcarũ literarũ studium, cui se dicare cœperat: vel ex Christianis authorib⁹ oborta nebula à quibus fortasse nõ satis constanter abstinuisset, si diuturnior vita contigisset. BVL. Sic est, vt ais, illi pulcherimo facinori immori datum est. At mihi spes est futurum, vt huic pulcherrimo facinori superstimus etiã, non immoriamur. NOS. Quâm faueo tuis votis. Dispeream ni isthuc malim, q̃ in diuorũ ascribi numerũ. BVL. Quis enim non malit apud posteros celebrari Ciceronianus q̃ sanctus? Cæterũ quando hoc amoris genus zelũ nescit, obsecro te pérq; curas pérq; spes, mihi tecum cõmunes, vt pariter amanti

saltem consiliũ tuum impartias, quibus ratio-
nibus tu tuam amicam ambias. Fortasse citius
perueniemus ambo, si vterq; alteri fuerit au-
xilio. NOS. Musæ nesciunt inuidiã, multo mi
nus gratiæ, Musarum sodales: studiorum so-
cio nihil negandum est, & amicorum oportet
esse communia omnia. BVL. Planè bearis me
si id feceris. HYP. Quid si me quoque in ve-
strum contuberniũ recipiatis? Sum enim iam-
pridem eodem œstro percitus. NOS. Recipi-
mus. Ergo velut eidem initiatis deo, retegam
mysteria. Iam annos septem totos nihil attin
go præter libros Ciceronianos, à cæteris non
minore religione temperans, quàm Cartusia-
ni temperant à carnibus. BVL. Quur isthuc?
NOS. Ne quid alicunde hæreat alienæ phra-
seos, ac veluti labem aspergat nitori Ciceroni-
niani sermonis. Proinde ne quid hic peccem
imprudens, quicquid est aliorum codicum, ab
oculis submoui, scrinijs incluſũ, nec vlli pror-
sus est locus in mea bibliotheca, præterquam
vni Ciceroni. BVL. O me negligentem, tanta
religione nunq̃ colui Ciceronem. NOS. Non
tantum in Larario Musæóq;, verũ & in om
nibus ostijs imaginem illius habeo belle depi
ctam, quam & gemmis insculptã circunfero,
ne vnq̃ non obuersetur animo. Nec aliud si-
mulachrũ in somnis occurrit pręterq̃ Cicero-
nis. BVL. Nõ miror. HYP. Ego Ciceronẽ in-
ter apostolos in Calẽdario meo locũ dedi. B.
Deũ enim eloquẽtię quõdã appellabãt. NOS.

In huius igitur ſcriptis euoluendis, ac reuoluendis adeo ſum aſſiduus, vt totum propemodum edicerim. BVL. Induſtriam tuam mihi narras. NOS. Nunc accingor ad imitationẽ. BVL. Huic quantũ tẽporis deſtinaſti? NOS. Tantundẽ quantũ lectioni. BVL. Rei tam arduę parũ eſt. Vtinã mihi vel ſeptuagenario cõtingat tã ſpecioſi cognominis decus. NOS. At mane: Nõ huic fido diligẽtiæ. Nulla eſt in omnibus diuini viri libris vocula quã nõ in Lexicõ alphabeticũ digeſſerim. BVL. Ingẽs volumẽ ſit oportet. NOS. Duo robuſti baiuli vix tergo geſtent probè clitellati. BVL. Hui. At ego vidi Lutetiæ, qui elephanto geſtando ſuffi cerent. NOS. Verum eſt alterum volumẽ hoc etiam grandius, in quod iuxta literarum ordinem annotaui formulas loquendi M. Tullio peculiares. BVL. Nunc demum me pudet oſcitãtiæ meæ priſtinæ. NOS. Additum eſt tertium. BVL. Hui etiámne tertium? NOS. Sic opus eſt. In hoc congeſſi pedes omnes, quibus Cicero vel incipit vel finit commata, cola, periodos, quibúſq; numeris horum media temperat, tum quibus ſententijs quam modulationem accommodet, vt ne tantillum quidem poſſit fuffugere. BVL. Verum qui fieri poteſt, vt primus index tãto maior ſit toto Cicerone? NOS. Diſce rem, & mirari deſines. Tu forte me credis hac cura contentum, vt ſingulas annotẽ dictiones. BVL. Sic opinabar. Eſt'ne amplius? NOS. Imò iſthuc plus quàm nihil eſt.

BVL. Qui quæso? NOS. Vide quantum aberres à ſcopo. Eadem vox non ſemper eodem vſurpatur modo. Sit exempli gratia: Refero verbum, aliam vim habet quũ ait M. Tullius referre gratiam: aliam, quum ait, Liberi parẽtes & forma corporis & moribus referũt: aliã quũ ait, Refero me ad intermiſſa ſtudia: rurſus aliam quum ait, Si quid erit quod mea referat ſcire: denique aliam quum aít, Nõ ignota referam. Item aliud eſt orare Lentulum, aliud orare cauſam. Rurſus aliter cõtendit, qui cum altero certat: aliter qui quid inſtanter ab aliquo petit: aliter contẽdit, qui magno ſtudio cõnititur ad aliquid efficiendum: aliter qui res duas inter ſe committit comparátque. HYP. Papæ', iſthuc eſt ſcribere λεξικοὺς ἐλέγχους. BVL. Nunc demum intelligo & tuam vigilãtiam & meam oſcitantiam. NOS. Nec ſingulas dictiones inconſultas noto, ſed quæ præcedũt ac ſequuntur. Nec ſat habeo vnũ aut alterum notaſſe locũ, quod alij ſolent, ſed quoties quoties dictio reperitur apud Ciceronẽ, quis conſimili forma, toties noto paginã, latus paginæ, & verſus numerũ, addito ſigno, quod indicet in medio verſus ſit dictio, an in initio an in fine. His rebus fieri vides, vt vna dictio plures occupet paginas. BVL. Deum immortalem, quid tanta non efficiat cura? NOS. Manedum Bulephore. Nihil eſt quod hactenus audiſti. BVL. Quid iſtis poteſt accedere? NOS. Quid prodeſt tenere verbum,

si hæreas, aut etiam labaris in deflexis, deriuatis & compositis? BVL. Non satis percipio quod dicis. NOS. Expediam. Quid tritius aut vulgatius his verbis, amo, lego, scribo? BVL. Etiámne hæc in dubium veniunt? NOS. Aut his nominibus, amor, lectio, scriptor? BVL. Nihil. NOS. At illud habeto persuasum, & necessum esse mihi, & opus esse quicunq; contendat ad Ciceroniani cognouimus dignitatem, tãta religione, vt nec his quamlibet vulgatis dictionibus vtatur, nisi consulto indice: nisi forte tutum existimas fidere grammaticis, qui verba per omnes modos, personas, genera & tempora, nomina, pronomina & participia per omnes casus & numeros inflectũt, quum nobis fas non sit, quicquam horũ vsurpare, quod à Cicerone non fuerit vsurpatum. BVL. Dic obsecro clarius. NOS. Amo, amas, amat, sit enim hoc exempli causa dictũ, apud Ciceronem inuenio: amamus & amatis fortasse non inuenio: Item amabam inuenio, amabatis non inuenio. Rursus amaueras inuenio, amaras non inuenio. Contrà amasti reperio, amauisti nequaquam. Iam quid si legeram, legeras, legerat reperias: legeratis non reperias? si scripserã inuenias, scripseratis nõ inuenias? Ad eundem modum cõiecta de verborũ omniũ inflexionibus. De casuũ inflexionibus similis est ratio, amor, amoris, amorem, amori, cõperio apud Ciceronem: ô amor, hos amores, horũ amorũ, his amoribus, ô amores

non cõperio. Item lectio, lectionis, lectioni, lectionem inuenio: lectiones, lectionibus, lectionum, has lectiones, & ô lectiones nõ inuenio. Ita scriptorem & scriptores reperio, scriptor & scriptorum pro substãtiuo nomine non reperio. Non obsto quo minus hæc videantur ridicula, si vos audebitis stultitias & stultitiarum, vigilantias & vigilantiarum, speciebus & specierum, fructuum, ornatuũ, cultuum, vultuum, ambitib⁹ & ambituum, aliaq; huius generis innumera fando vsurpare. Ex his paucis exempli gratia propositis æstimare potes de cæteris omnibus, quę consimilem ad modum inflectuntur. HYP. In tenui labor. BVL. At tenuis non gloria. NOS. Succinam & ego, si quem Numina læua sinunt, auditq; vocatus Apollo. Nunc de deriuatis accipe, Lego non vereor vsurpare, legor non ausim dicere. Nasutus ausim dicere, nasutior & nasutissimus nequaquam, Ornatus & ornatissimus, laudatus & laudatissimus intrepide dico: ornatior & laudatior nisi comperero, dicere religio sit. Nec quia scriptor & lectio offendo apud Ciceronem, statim ausim dicere, scriptorculus & lectiuncula. BVL. Immensam rerum syluam video. NOS. Nunc accipe de cõpositis. Amo, adamo, redamo dicam, deamo nõ dicam. Perspicio dicam, dispicio non item. Scribo, describo, subscribo, rescribo, inscribo dicam, transcribo nõ dicã, nisi deprehendero in libris M. Tullij. BVL. Ne te planè cõmemorando de-

fatiges Nosopone,rem nõ aliter quàm in spe-culo videmus. NOS. Hæc index ille minimus omnium complectitur. BVL. Cameli video sarcinam. HYPOL. Et quidem iustam. BVL. Qua ratione fit vt in his tam varijs non aber-res? NOS. Primum hic nihil fido nec gram-maticis,nec cæteris scriptoribus quãlibet pro-batis,nec præceptionib9,nec regulis,nec ana-logijs,quæ plurimis imponũt. In elencho no-to omnes singularum vocũ inflexiones, tum deriuationes: postremo compositiones. Quæ sunt apud Ciceronem,miniata virgula signo: quæ non sunt,atra. Ita fieri non potest,vt fal-lat vnquam. BVLEP. Quid si dictio sit apud Terentium aut æque probatum authorẽ,no-tabitur atra virgula? NOS. Nulla est exceptio. Ciceronianus non erit in cuius libris vel vna dictiuncula reperiatur,quam non possit in Ci-ceronis lucubrationibus ostendere, totam'que phrasim hominis non aliter quàm adulterinũ numisma,reprobam iudicabo, in qua vel vnũ verbum resederit,quod Ciceroniani characte-ris non habeat notam, cui soli velut eloquen-tiæ principi datum est à superis,Romani ser monis monetam cudere. BVL. Ista lex seue-rior est etiam Draconis legibus, si ob vnam dictiunnculam parum Ciceronianam, totum volumen damnatur,quamuis aliàs elegans ac facundum. HYP. Atqui iustum est. An non vides ob vnicum numulum adulterinũ ingen-tem pecuniæ vim cõfiscari,& vno neuo quã-

libet exiguo totam puellæ formam, licet aliâs egregiam deuenuſtari? BVL. Accedo. NOS. Ex his quæ diximus ſi iam omnia conijciẽtes ſatis intuemini, quãta ſit huius indicis moles, cogitate quanto maior ſit eius indicis, in quo formulas loquendi, tropos & ſchemata, gnomas, epiphonemata, lepide dicta, ſimilesq; dictionis delitias omnes ſum cõplexus. Rurſus tertij, qui numeros omnes & pedes quib⁹ orationis partes inchoat, profert, finit, continet. Nullus eſt enim in toto Cicerone locus, quem non ad certos pedes redegerim. BVL. Iſta moles vel elephantẽ baiulũ deſideret. HYP. Prorſus ἀμαξιαῖον onus narras. NOS. Atqui nihil mẽtior. BVL. Næ tu ſeptenniũ hoc haud male collocaſti. Nunc quãdo perpulchre inſtructus es indicib⁹, ſupereſt vt nobis amicus amicis, ac συμμύσαις & illud indices, quib⁹ rationibus ſupellectilẽ iſtam præclarã ad ſcribendi dicẽdi ve vſum accommodare ſoleas. NOS. Non committã vt quicquã per me quidẽ vos latuiſſe videatur. Ac de ſcribẽdo dicam prius, quãdo verè dictum eſt, ſtilum optimũ eſſe dicendi magiſtrũ. Primum illud eſt: Nunquã ad ſcribendũ accingor, niſi nocte intẽpeſta, quũ profunda quies, & altũ ſilentiũ tenet omnia.

Placidum quum carpunt feſſa ſoporem
Corpora per terras, ſyluæq; & ſæua quierunt
Æquora, quum medio voluũtur ſydera lapſu:
Quũ tacet õnis ager, pecudes pictæq; volucres.
Deniq; quum tanta rerum omniũ tranquilli-

tas eſt,vt Pythagoras ſi viueret, orbium cæleſtium harmoniam exaudire liquidò poſſet. Nãtali tempore dij deæq; gaudent cũ puris mẽtibus miſcere colloquium. HYP. Iſto noctis tempore nos prophani lemurũ occurſus formidare ſolemus. NOS. At nobis Muſæ dederũt & inauſpicatos lemures, & malignũ ſpernere vulgus. BVL. At ſunt noctes adeò trãquillæ,vt in his Auſtri Boreæq; ruinas ædiũ, ac miſeranda ludant naufragia. NOS. Noui: ſed ego trãquilliſſimas eligo. Nõ arbitror eſſe vanum quod ſcripſit Ouidius,Eſt deus in nobis,agitante caleſcimus illo. Si quid igitur diuinum habet hominis animus, id ſeſe profert in eo profundiſſimo ſilentio. BVL. Non me fugit,iſtud ſecretũ ſemper à laudatiſſimis viris fuiſſe captatum,quoties aliquid immortalitate dignũ molirentur. NOS. Habeo Muſæũ in intimis ædibus denſis parietibus, geminis & foribus, & feneſtris, rimis omnibus gypſo piceq; diligẽter obturatis, vt vix interdiu lux aut ſonitus vllus poſſit irrũpere,niſi vehemẽtior,qualis eſt fœminarum rixantium, aut fabrorum ferrariorum. BVL. Vocum humanarum tonitrua & officinarũ ſtrepitus non ſinunt animũ ſibi preſentem eſſe. NOS. Próinde ne in proximis quidem cõclauibus patior quenquam habere cubile,ne vel dormientium voces,ronchi've cogitationis ſecretũ interpellent. Sũt enim qui in ſomnis loquũtur, & nõnulli tã clare ſtertũt,vt procul etiam audian-

tur. HYP. Mihi frequenter & sorices noctu scripturienti negociũ facessunt. NOS. In meis ædibus ne muscæ quidem locus est. BVL. Sapienter tu quidem atq; etiam feliciter Nosopone, si queas & animi curas obstrepẽtes excludere: quæ si nos & nocte comitãtur in abditum illud, quid profecerimus captato silentio? NOS. Recte mones Bulephore. Nam intelligo tumultus istos alijs sæpe molestiores esse, quàm vicinorum fabrorum folles aut malleos. BVL. Quid ergo? tibi nunquam obstrepunt, amor, odium, liuor, spes, metus, zelotypia? NOS. Ne te multis morer, illud semel sci to Bulephore, qui amore, zelotypia, ambitione, studio pecuniæ, similibúsq; tenentur morbis, eos frustra hanc ambire laudẽ, cuius nos sumus cãdidati. Res tam sacra requirit pectus non modo purũ ab omnibus vitijs, verũetiam ab omnibus curis vacuum. Non aliter, quàm secretiores illæ disciplinæ, Magia, Astrologia, & quam vocant Alcumisticam. Porrò leuiores illę curę facile cedunt intentioni tam acri, támque seriæ. Quanquam & has, si quæ sunt, dispello, priusquam sacrum illud adeam. Nam in hoc animũ multo studio consuefeci meum. Atque hac potissimnm de causa cœlebs agere decreui, nequaquam ignarus quàm sancta res sit coniugiũ: sed quod vitari nequit, quinvxor, liberi, affines, multam curarum materiam secum trahant. BVL. Sapuisti Nosopone. Nam mea coniunx, si noctu parem ad istum mo-

dum operã darem Ciceroni, perrũperet ostiũ, laceraret indices, exureret schedas Ciceronem meditantes, & quod his etiã est intolerabilius, dum ego do operam Ciceroni, illa vicariũ accerseret, qui ipsi pro me operam daret. Itaq; fieret, vt dum ego meditor euadere Ciceroni similis, illa gigneret aliquem Bulephoro dissimilem. NOS. Isthuc quoniã scio quibusdam vsu venisse, alieno monitus periculo, mihi in tempore caui. Eodem consilio, nec vllum munus publicum, nec ecclesiasticã dignitatẽ suscipere volui, ne quid ex his accederet animo sollicitudinis. BVL. At ista magnis studijs ambiuntur ab alijs. NOS. Non equidẽ inuideo. Mihi vel cõsulatu, vel summi Pontificis regno potius est, tum esse, tum haberi Ciceronianũ. HYP. Qui verè amat, præter vnã amare nõ potest. NOS. Tum si quid huius rei paro, sub eam noctẽ à cœna tempero, leuiter etiã pransus, ne quid crassæ materiæ, liquidioris animi sedem inuadat: neu qua nebula è stomacho exhalans, grauet atq; affigat humo diuinæ particulam auræ. BVL. Sic affectũ fuisse arbitror Hesiodum, quum Musæ cum ipso loquerẽtur. HYP. At Ennius ipse pater nunquã nisi potus ad arma prosilijt dicenda. NOS. Et ideo scripsit vinum olentia carmina. BVL. Et satur est, quũ dicit Horatius, ohe. NOS. Quid agat furor poeticus, nihil ad nos, Ciceroniãnũ esse sobria res est. HYP. Me cerebrũ destituit, siquãdo ieiuno. NOS. Non planè ieiunium est.

Sumo decẽ acinos vuæ paſſæ minutulæ, quam Corinthiacam vocant. Hic neqꝫ cibus eſt, neqꝫ potus, & tamen vtrunqꝫ eſt. BVL. Intelligo. Leniter humectat, conferũtqꝫ cerebro ac memoriæ. NOS. Addo tria coriandri grana ſaccaro incruſtata. BVL. Optime, ne quid vaporis ex decẽ illis acinis prouolet in mẽtis ſedẽ. NOS. Neqꝫ vero quibuſlibet noctibus abutor ad hanc operã. BVL. Non? Eas excepiſti, quibus ſæuit Auſter aut Boreas. Fortaſſis hybernas fugis ob noctis rigorẽ. NOS. Hoc incõmodi facile depellit focus luculẽtus. HYP. At interim obſtrepit fumus & materiæ crepitus. NOS. Acapnis vtor. BVL. Quas igitur noctes deligis? NOS. Paucæ ſunt felices huic ſanè negocio: proinde proſperas deligo. BVL. Vnde quæſo? NOS. Ex aſtrologia. BVL. Quũ te plus quàm totum poſſideat Cicero, qui fuit ocium aſtrologiæ perdiſcẽdæ? NOS. Indicem mihi mercatus ſum ab huiꝰ artis peritiſſimo. Huius cõſilio rem gero. HYP. Audio multos indicibus iſtiuſmodi fuiſſe deluſos, quoties ſcriptor errauit in numero. NOS. Exploratũ ac ſpectatũ emi. BVL. Deum immortalẽ, iſtuc eſt ſcribere, nec iam miror Hypologe, ſi noſtra ſunt incõdita rudiaqꝫ. Verũ ad iſtum cõpoſito modum, vtra cogitatio prior, de rebus, an de verbis? NOS. Vtraqꝫ prior, & vtraqꝫ poſterior. BVL. Ænigma dediſti, non reſpõſum. NOS. At explicabo nodũ. In genere de rebus prior eſt cogitatio, in ſpecie poſterior. BVL.

Nondum satis liquet quid velis. NOS. Exem plo faciam perspicuũ. Statui scribere Titio, sic fingite, vt quamprimũ curet ad me remitten dos codices, quos illi commodato dederam, si nostram amicitiam velit esse incolumem. Nam incidisse quiddam, vt illis mihi vehementer sit opus. Id si fecerit, nihil esse in reb⁹ meis, quod non suum ducere possit. Sin minus, me vete ris amicitiæ tesseram illi remittere, ac simulta tem denuntiare. Hæc prima cogitatio nimirũ de re, sed in genere. BVL. Intelligo. NOS. Huic ilico succedit verborũ cura. Euoluo quã plurimas Ciceronis epistolas: elenchos meos omnes consulo: seligo voces aliquot insigniter Ciceronianas, deinde tropos, formulas: tum numeros. Demũ affatim instructus huiusmo di supellectile, dispicio quos flosculos quibus lo cis possim inserere. Mox ad sententiarũ curã redeo. Hoc enim iam artis est, sensus ad hæc verborũ ornamẽta inuenire. HYP. Haud ali ter quàm si quis egregius artifex, vestem præ claram apparet, ad hæc moniliũ, anulorum & gemmarũ vim, mox ceream affingat statuam, cui hæc accõmodet ornamẽta, vel potius quã ad ipsa conflectat ornamẽta. BVL. Quid ni? Verũ age Nosopone. Num tota nox vni da tur epistolæ? NOS. Quid mihi narras vnam? Musis pulchre videor litasse, si periodũ vnicã absoluerit nox hyberna. BVL. Itáne de re tam non magna, tam prolixas scribis literas? NOS. Imò perbreues, ne sis insciens, vt quæ

sextam periodum non excedant. BVL. Quin igitur sex noctes sufficiunt his absoluendis? NOS. Quasi satis sit scripsisse semel. Decies refingendũ quod scripseris: decies ad indicem exigendũ, ne qua forte dictiuncula te fefellerit adulterina. Rursus altera supereſt examinatio de tropis ac formulis, postrema de numeris & compositione. BVL. Hoc nimirum est opus absoluere. NOS. Ne id quidem satis ô bone. Dehinc quod elaboratũ est cura, quãta potest maxima, seponendũ est in aliquot dies, vt ex interuallo, refrigerato iam inuẽtionis amore, velut aliena legas, quæ tua sunt. Hic demum grauis agitur censura. Hoc seuerum, incorruptum, &, vt Græci vocant, ἀδέκαστον iudiciũ, vbi qui scripsit ex parẽte fit Areopagites. Hic sæpenumero fit, vt verso stilo, nihil relinquas. BVL. Omnino sic fiunt accuratæ literæ, sed interim ille fruitur codicibus abs te desideratis. NOS. Istuc incõmodi malim perpeti quàm aliquid à me proficisci, quod non sit Ciceronianum. Ducitur suo quisque iudicio. Ego malim multũ scribere quàm multa. BVL. Scribendi rationem habemus. Ad dicendum qua meditatione te paras? NOS. Prima cautio est, ne cui loquar Latine, quod queam effugere. BVL. Ne Latine? Atqui dicendo fieri prædicant, vt bene dicamus. Nouũ autẽ exercitationis genus, si silendo discimus loqui. NOS. Dicendo fit vt dicam⁹ expedite: vt Ciceroniano more, nequaquã. Qui se parãt equestri certa-

mini,generoſos equos à curſu prohibent,quo ad ſeriam rem integris viribus veniant. Nec venator prius demit lorum generoſo cani, q̃ viſa eſt fera. Ad garriendum de quibuſlibet nugis, ſufficit mihi ſermo Gallicus, aut Batauicus prophanis ac vulgaribus fabulis non contamino ſacram linguam. Quôd ſi qua res vrget,vt Latine dicẽdum ſit,& pauca loquor, nec ſine præmeditatione. Et in eum vſum habeo paratas aliquot formulas. BVL. Quas dicis formulas? NOS. Velut ſi ſit ſalutandus,aut reſalutãdus amicus eruditus, qui fortè factus eſt obuius,aut viciſſim laudandus qui te laudarit, aut ſi gratulandum ex longinqua peregrinatioue reduci, ſiue ex ægrotatione graui rediuiuo,aut agendæ gratiæ qui præſtitit officium,aut bene precandum ei qui nuper duxit vxorẽ,aut deplorandus caſus,cui perijt vxor. Ad hæc & huiuſmodi,formulis inſtructus ſũ, ex Cicerone decerptis atq; cõcinnatis: eas edidici quo poſſim vti velit ex tempore. Porrò ſi quis caſus inciderit,vt vitari nõ queat quin in longum proferatur ſermo, multa lectione diluo quod contractum eſt labijs. Neq; enim me fugit, hoc ipſo colloquio, quod vobiſcum nunc habetur,quantum flagitiorum admittã, quantũ detrimenti capiã ad id quod molior. Ad ſartiendũ vix menſtrua ſuffecerit lectio. BVL. Quid ſi detur ſpatium meditationi? NOS. Tum quod fuerit ijs,quas dixi,rationi elucubratũ,ediſco,quóq; ſit memoria certior,

ſubinde mecũ recito: ita fit, vt quũ res poſcit, veluti de ſcripto pronunciem. BVL. Quid ſi qua neceſſitas exigeret extemporalem oratio-nem? NOS. Qui poteſt incidere, qui nihil ago publicũ? Et ſi quam functionem publicam ob-irem, nõ ſum melior Demoſthene, qui nunquã voluit niſi meditatus aſſurgere, quãlibet popu-li vocibus efflagitatus. Nec mihi pudendũ du-cerem, quod in oratorũ apud Græcos princi-pe laudatur: nec me pœniteat conuitij, ſi quis dicat mea τὸμ λύχνομ ἀπόζαμ. BVL. Equidem & propoſitum tuum admiror, & animi forti-tudinem ſuſpicio Noſopone, ſupra quàm dici poſſit: inuiderem etiã, ſi vel hoc in genere ſtu-diorũ, vel inter tam coniunctos amicos ac ſo-dales tãta peſtis incidere poſſet. Cæterũ quo-niam arduum eſt quod expetimus, & via non modo longa ac perdifficilis, verum etiam an-ceps. Si periculũ proprie tuũ eſſet, tamen arbi-trarer hoc eſſe neceſſitudinis noſtræ, neq; vul-garis, neq; recẽtis, liberis conſilijs amico pro-ſpicere, ne tot curas, tot vigilias cum valetudi-nis ac rei familiaris diſpendio fruſtra ſuſcipe-ret, ſuſceptas vrgeret: néve, quod in rebus hu-manis nimium frequenter accidere videmus, pro theſauro diu multúmq; quæſito tandẽ re-periret carbones. Nunc vero quum pari cupi-dine ducamur omnes, eiuſdémq; nymphæ te-neamur amore, Nam & Hypologus eiuſdem eſt animi: tuæ quoq; fuerit humanitatis, & ſi quid admonemus, boni cõſulere, & ſi quid ha-

bes melius, libenter amicis communicare. NOS. Æquissimum Bulephore postulas: proinde nec te grauatim audiam, nec maligne si quid consulere queam in medium conferam. BVL. Primum illud mihi tecum conuenit, opinor, ei qui dicendi scribendi'ue laudem affectat, cognitis ante diligentérq; perceptis artis præceptionibus, ex multis laudatis scriptoribus optimũ quempiam esse seligendum quẽ imitetur, & ad quem exprimendum se componat. NOS. Maxime. BVL. Neminem autẽ esse, duntaxat apud Latinos, qui pluribus eloquentiæ virtutibus excellat quàm M. Tullius, de quo iure optimo prædicatum est, quod de Apelle, in quem vnum conflatum erat, quicquid in cæteris pictoribus erat eximiũ ac singulare. NOS. Quis istuc neget? BVL. Dabis veniam Nosopone, si crassius rusticiúsq; colle gero, dialectices rudis. NOS. Inter amicos decet omnia boni consulere. Quanquam & alioqui mihi satis argute colligit, qui vere colligit. BVL. Age, quid igitur sentis de Zeusi de Heracleota? NOS. Quid aliud quàm quòd excellentissimo graphices artifice dignum est. BVL. Num & ingenio iudicióque valuisse putas? NOS. Qui potuit ars tanta carere iudicio? BVL. Commode respondes. Quid igitur illi veniebat in mentem, quod quum Crotoniatis picturis Helenæ simulachrum in quo decreuerat quicquid artis suæ viribus posse explicare, & absolutum formæ muliebris

(nam in hoc argumento cæteris excelluisse legitur)exemplar viuæ simillimum ædere,in quo nulla venustatis portio desiderari valeret: non vnam quampiam omnium pulcherrimã adhibuit, sed ex omnibus oblatis aliquot cæteris præstantiores elegerit,vt ex singulis decerperet quod in quaque decentissimum esset: itáque demum admirãdum illud artis suę monumentum absoluerit? NOS. Diligentissimi pictoris officio functus est. BVL. Vide igitur num recto consilio ducamur, qui eloquentiæ simulachrum ab vno Cicerone, quanuis præstantissimo, petendum arbitramur. NOS. Si tali forma virginem Zeusis esset nactus,qualis est in eloquentia Marcus Tullius, fortassis vnius corporis exemplo fuisset contentus. BVL. Atqui hoc ipsum quo pacto iudicare potuisset, nisi multis corporibus diligẽter inspectis? NOS. Finge persuasum fuisse. BVL. In hac igitur es sententia,nullam in alijs oratoribus esse virtutem imitatu dignam,quę nõ eximia sit in M. Tullio? NOS. Ita censeo. BVL. Nec vllum in hoc esse neuum,qui non maior sit in cæteris. NOS. Ita prorsus. BVL. Non hic proferam M. Brutum, qui totum hoc dicendi genus, quod Ciceroni visum est optimum,improbrauit:quúmque status ac diuisionis propositiones, velut causæ totius columnæ, præcipua sit orationis pars,in oratione pro Milone,quam adeo suspiciunt omnes, Brutus non probauit primarium ac secunda-

rium cauſæ ſtatum adhibitum à M. Tullio, ſed eandem cauſam aliter tractauit. Non obiiciam Pomponium Atticũ cuius vnguiculos ac miniatulas cerulas ſe metuere ſcribit Cicero, quib⁹ ille notare ſolitus eſt, quæ in M. Tullij ſcriptis offendebant. Non M. Catonem, qui Ciceronem quum ſibi maxime feſtiuus videretur, ridiculum appellauit. Hactenus & viros graues, & amicos Ciceronis recenſui. Hic ſi adijciam, Gallum, Lartium, Licinium, Ceſtiũ, Caluum, Aſinium, ſi Celium ac Senecã ſi complures alios, qui quum de Ciceronis ingenio non ſatis magnifice cenſerunt, tum orationis genus damnarunt, alijs illum appellãtibus aridum, ieiunum, exuccũ, exanguem, elumbem ac diſſolutum, mollem ac parum virum: rurſus alijs tumidum, Aſiaticum, ac ſuperfluis redundantem: reſpondebis hæc eſſe vel inimicorum vel inuidorũ iudicia, qui iam triumuirali proſcriptione deiecti, famam etiam moliti ſunt, ſi minus extinguere, certe obſcurare. NOS. Recte diuinas. Nam iſthuc planè reſponſurus eram, & optimo iure reſpondendum arbitror. BVL. Tribuantur ſanè hæc iudicia vel odio vel liuori. Certe fateberis, opinor, cum eruditis omnibus, facetiam ſeu riſum eſſe partem artis rhetoricæ. NOS. Alioqui quorſum opus erat ab oratoribus tam multa de hoc præcipi? BVL. Nemo negat Ciceronem in iocando fuiſſe multũ, alij nimium prædicant, tum intempeſtiuũ & ſcurrilitati proximũ. Certe modũ

illi defuisse, quemadmodũ Demosthẽni facultatem, doctorũ ferè consensus fuit: nec admodum repugnat Quintilianus, culpam in Tyronem conferens, qui nimiũ indulserit numero dictorum, ac plus in cõgerendis studij, q̃ in eligendis iudicij adhibuerit. Verum hæc Tyronis accusatio in patronum recidit. Sed hæc vtcũq; habent, quis vnquã in hoc genere laudis primas tribuit M. Tullio? Lacedæmoniorum peculiaris hæc erat laus, & secundũ hos Atticorũ. Adeò vt quum poœma bucolicũ & comœdia lepôre facetiaq; potissimũ commendetur, ad hanc Venerẽ Latini ne aspirauerint quidẽ. Est igitur aliqua virtus oratoris, quę rectius petatur ab alijs q̃ Cicerone. NOS. Nos de Latinis agimus. BVL. Age, audebimûsne Ciceronis iocos cũ C. Cæsaris, aut cũ Octauij Cæsaris dictis cõferre? NOS. Vix ausim quod adhuc nemo doctorũ ausus est. BVL. Itaq; si res festiuitatẽ desideret, non mihi fas erit aliquid ex Octauij dictis effingere? NOS. Nõ, si velis haberi Ciceronianus. BVL. Rursus abste, quęro, num sentẽtias ponas inter ornamẽta dictionis. NOS. Gẽmę sunt & lumina, tãtum abest, vt submoueam ab arte. BVL. Hic appello tuũ iudicium, an in hoc genere laudis Cicero cæteris omnibus antecellat. NOS. Nõ me clâm est, quod Seneca Publiũ Mimographum in hac laude præfert omnib⁹. Verũ nõ protinus oraculũ est, quod Senecæ visum est, qui ipse in sententijs immodicus est, & qui-

buſdã friuolis indulget. HYP. Et iſtud Quinctiliani, & Auli Gellij iudicium reijci poterat, quòd vterq; videatur inuiſum habuiſſe Senecam, alter ob æmulationẽ, alter ob ingenij dictionisq; ſimilitudinem. BVL. At idem Gellius, quamuis parũ æquus, fatetur inter Senecæ ſententias eſſe, quibus nihil melius dici poterat. Nec fieri poteſt, vt omnes æque felices ſint, vbi ſermo totus ſententijs contextus eſt. Verũ ex his facilius inuenias quod imiteris, quàm ex alijs, in quibus nec crebræ ſunt, nec inſignes. Agedum. Nónne res interdũ exigit breuitatem? NOS. Fortaſſis. BVL. Huius exemplũ vtrum rectius petes à Salluſtio, Brutóve, an à Cicerone? NOS. Cicero breuitatẽ non affectauit. BVL. In Demoſthene laudatur vis orationis, hoc eſt, neruoſum quiddã ac naturale: ab vtro hoc rectius petemus? NOS. De Latinis agebamus. BVL. Verũ hæc ſunt omnium linguarũ cõmunia. Rurſum res interdum poſtulat ſeueritatẽ, huius exemplum rectius'ne petemus à Cicerone, an à Bruto & Pollione? HYP. Vt pro hoc reſpondeam: ab his qui hac nota fuerunt inſignes. BVL. Vbi negocium inuolutũ partitionibus explicandũ eſt, vtrũ à Cicerone petemus, an ab Hortẽſio, aut ſi quis Hortẽſio ſimilis? NOS. Quid petemus ab eo, cuius præter memoriã nihil extat? BVL. Verũ diſputandi gratia fingamus extare. NOS. Nihil opus fingere, veris ac notis agam⁹. BVL. Nemo nõ fatetur fidẽ in ora-

tore præcipuã esse. Eã conciliat probitatis & grauitatis opinio, eleuat artis aut intẽperãtiæ suspicio. Habeatur sanè Cicero vir bonꝰ, quod vix illi Fabius, licet impẽdio fauens, audet tribuere: sed, quod dissimulari nõ potest, artẽ magis ostentat, de se plura gloriose cõmemorat, licentius in alios inuehitur q̃ Cato, Brutus, aut Celius, cui sanctitatem tribuit Quintilianus. Harum itaq̃ rerũ exemplũ nónne rectius petemus ab Aristide, Phocyone, Catone, Bruto, q̃ à Cicerone? NOS. Videris huc venisse meditatus Ciceronis vituperationem. BVL. Minime gentiũ ô Nosopone. Si sermonis exitum patiẽter expectaris, intelliges & Ciceronis & nostram agi causam: Ciceronis, ne forte perperam illum exprimẽtes, gloriam eius obscuremus, quemadmodũ solent imperiti pictores eos traducere, quorũ effigiem secus q̃ oportet expresserunt: Nostram, ne male collocemus amores nostros, ac ridiculum quiddam, nec minus infelix vsu veniat nobis, quàm quod obtigisse dicitur Ixioni, qui ꝑ adamata Iunone, nubis inane simulachrũ cõplexus est: aut Paridi, qui pro rapta Helena decem annis bellũ gessit, quum interim mendax Helenæ simulachrum amplecteretur, nimirum ipsa procul in Ægyptum deorum artificio sublata. Quid enim nobis infelicius, aut magis ridiculum, si tot laboribus nihil aliud, quàm inanem ac fallacem Ciceronis vmbram assequi contingeret? NOS. Isthuc omen auertãt superi. BVL.

Auertant inquam. Et hoc agimus, ne quid ſimile eueniat. NOS. Nonnihil & illud conducit ad imitationem Ciceronis, vt quamoptime ſentiamus de Cicerone. BVL. Nouus cãdor, ſi melius ſentiamus de Cicerone, quàm ipſe ſenſit de ſeipſo. Verum tribuatur hoc illius modeſtiæ, ſi parcius de ſe. Quis vnquam veterũ ſic admiratus eſt Ciceronem, vt ab vno petenda putarit omnia dictionis ornamenta? NOS. At hodie ſunt quamplurimi, quos hæc habet opinio. BVL. Nihil moror quamplurimos: cordatum ac verè doctum reor eſſe neminem. Cui mortalium hactenus ſic indulſit natura, vel in vna quapiam diſciplina, vt vnus in ſingulis eius partibus excelleret omnes, vt non aliquid reliquerit in eo deſiderãdum, aut ita dederit, vt nõ ab alijs ſuperaretur? Quanto id incredibilius in dicendi facultate, quę diſciplinis propemodum omnibus conſtat, quæ tot alias res deſiderat, quas nemo præceptis tradere poſſit. Fingamus hodie Ciceronem viuere, & eſſe quendam Trachalo ſimillimum, vtrum malles à Cicerone vocis moderationẽ petere, an à Trachalo? Opinor ab eo, qui hac parte præfertur omnibus. Pudoris ac modeſtiæ ſpecimen vtrum malles à Craſſo, ſi viueret, petere, quàm à Cicerone? Et ne de ſingulis commemorem, nónne ſumeres à ſingulis in quo cæteris anteſtarent? HYP. Quis non eligeret potiora, niſi qui vel non dijudicaret, vel ſibi inuideret? BVL. Itaque mihi proba-

tur Zeusidis exẽplum, quod sequutus etiam Quintilianus, imitatori præcipit, nec vnum esse legendũ, nec omnes, nec quoslibet, sed ex præcipuis deligendos aliquot eximios, inter quos Ciceroni primas tribuit, non solitudinẽ. Summum enim esse vult inter proceres, non solitarium excluſis cæteris. NOS. Si Quintiliani consilijs auscultabimus, idem nobis vsu veniet, quod euenit ipsi. BVL. Quid nam? NOS. Vt parum euadamus Ciceroniani. Nobis alius propositus est scopus. BVL. An parum erit Ciceronianum, cui quicquam accesserit, quod à Cicerone petitũ nõ fuerit? NOS. *Sic* autumãt. BVL. Etiãsi melius fuerit quod ab alio petitur, aut ne sit quidẽ illud apud Ciceronẽ? NOS. Quid ni? BVL. Sed interim illud mihi cogites velim optime Nosopone, quãta pars Ciceronianorum voluminũ intercederit, & in his diuinum illud opus De rep. cuius fragmentũ nescio quo fato seruatũ, nihil aliud q̃ desiderio reliquorum voluminũ discrutiat animos nostros, quæ cuiusmodi fuerint, hinc licet æstimare, leonem, vt aiunt, ex vnguibus. Ne quid interim cõmemorẽ de tot epistolarũ libris, de tot orationibus iniuria temporũ interceptis, de tribus voluminib⁹, quibus Tyro libertus iocos & scite dicta Ciceronis cõplexus esse legitur, deq̃ cæterorũ huius viri scriptorũ naufragio. Qui potes igitur absolutus esse Ciceronianus, qui tã multa illius nõ legeris? Adde quòd Cicero non tractauit omnes

materias,de quibus si forte dicendũ fuerit,vn de tandẽ petemus orationis supellectilẽ? An proficiscemur in campos Elysios,ab ipso percunctaturi,quibus verbis ille talia fuerit dicturus? NOS. Ea dũtaxat tractabo, quæ possint verbis Tullianis explicari. BVL. Quid? An nõ iudicas Ciceronẽ oratorũ prẽstãtissimũ? NOS. Plusquã præstantissimũ? BVL. Quid Apellẽ? nónne pictorũ optimũ? NOS. Aiũt,& credo. BVL. An eum Apelleum appellares,qui non posset quarũlibet rerũ imagines effingere,sed tantum eas quas ante pinxisset Apelles? Atque adeo qui non omnes tabulas Apellis manu depictas cõspexisset? HYP. Quis istud diceret, nisi si cui placet ille pictor,in quẽ iocatur Horatius,qui dato precio conductus ad pingendum naufragiũ,pinxit cupressum,& indignatum cõductorẽ rogauit,ecquid vellet appingi prominens è cupresso. BVL. Quid aliud est esse Ciceronianum,quàm illi simillimum esse? NOS. Nihil aliud. BVL. An ille similis videtur Ciceroni,qui nõ potest nisi de certis materijs dicere? NOS. Perge. BVL. Mihi ne oratoris quidẽ titulo dignus haberetur. Si Cicero quauis de re potuit optime dicere,is mihi Ciceronianus erit,qui quacũq; de re valeat præclare dicere:quẽadmodũ Apelli simillimꝰ erit, qui & deorũ & hominũ,& animantiũ,& omniũ deniq; rerũ formas penicillo suo poterit adumbrare. NOS. Equidẽ pulchrius esse duco tres epistolas scribere phrasi Ciceroniana, q̃

centũ volumina ſtilo quãlibet expolito, modò à Ciceroniano diſcrepãte. BVL. Verũ Noſo pone ſi iſthæc ſentẽtia ſederit animo noſtro, vereor futurũ, vt nõ ſolũ nõ euadamus Ciceroniani, ſed ipſi etiã Ciceroni, anoi videamur. quæſo illud mihi bona fide reſpõdeas, totũ Ciceronẽ exprimendũ cenſes, an mutilũ? NOS. Et totum quãtus eſt, & ſolũ. BVL. Qui totũ, qui ſe totũ nõ expreſſit? Rurſus ea parte qua ſe nobis conſpicuũ fecit, mutilus eſt ac vix dimidiatus. Adde quòd in his ipſis quæ extant, aliquãdo ſibi nõ ſatis fecit. Siquidẽ De inuentione libros, ſubſtituto oratore, veluti damnauit. Et orationẽ pro Deiotaro munus Leuidẽſæ vocat. Ad hæc in his quæ ſcripſit tantũ, nõ etiã recognouit, ipſe Cicero nõ eſt Ciceronianus, cuiuſmodi ſunt libri De legibus, præter alia multa. Qui fiet igitur, vt totũ quantus eſt æmulemur, quẽ & mutilũ habem⁹ & truncũ, & in nonnullis indolatũ ac ſui diſſimilẽ? Niſi forte probatur⁹es illũ, qui inchoatas Apellis tabulas, aut rudes Lyſippi ſtatuas imitãs ſperet ſe alterũ Apellẽ aut Lyſippũ euaſurũ. Id ſi cõſpiceret Apelles ipſe, quem ferunt ingenio candido liberoq; fuiſſe, nonne clamaret, Quid facis κακόζηλε. Iſthic nõ eſt Apelles. Iam ſi quis ſibi propoſuiſſet inſignem Lyſippi ſtatuam effingendam, cui rubigo vitiaſſet mentum & os, aut ei parti non impoſuiſſet ſummam manum, grauaretur eius partis exemplũ ab alio quopiã artifice ſumere, an poti⁹ haberet illud,

vt eſt corruptum & imperfectũ, æmulari, ne recedat ab exemplo cui ſemet addixit, quàm ex alterius artificis ſigno quod deeſt ſupplere? NOS. Vt poſſumus, aiunt, quãdo vt volumus non licet. BVL. Alijs Noſopone rectius iſtud verbũ vſurpabitur, qui quod in Cicerone deminutũ eſt, ex alijs ſcriptoribus ſarciunt. Mallent enim ex vno omnia, vel quia promptius eſt, vel quia nullus illo dixit felicius, Verũ quãdo id non eſt datum, ex alijs mutuãtur. Quid quòd Ciceronẽ habemus non modo truncum ac lacerum, verum etiam ita deprauatũ, vt ſi reuiuiſceret, ipſe, opinor, nec agnoſceret ſua ſcripta, nec reſtituere poſſet, quæ librariorum ac ſemidoctorũ audacia, incuria, inſcitiaq; corrupta ſunt, quod malum Teutonibus potiſſimum imputat Politianus, quibus vt hic patrocinari nolim, ita puto nihilominus inuectum mendarum ab audacibus quibuſdam ac ſciolis Italis. Vt ne commemorem interim ſuppoſititia, falſoq; titulo Ciceronem authorem mentiẽtia. Quo de genere ſunt libri rhetorici quatuor ad Herennium, hominis haud quaquam indocti. Sunt & inter orationes, quæ non à Cicerone ſcriptæ, ſed alio quopiã erudito exercendæ dictionis gratia confictæ videntur. Adiecta eſt nuper oratio pro M. Valerio, quæ ſoloeciſmis ſcatebat, tantum abeſt, vt Ciceroniana dici poſſit. Nec deſunt qui Portij Latronis declamationem in Catilinam pro Ciceroniana legant oratione. Proinde ſi deuotis animis nos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vnius Ciceronis imitationi dediderimus, citra delectum expressuri quicquid apud illum com pererimus, nónne nosmet in summũ coniece rimus discrimẽ, ne quum diu multũq; nosip- sos torserimus, tandẽ Goticas voces, aut Teu- tonum solœcismos pro Ciceronianis flosculis amplectamur æmulemurq;? NOS. Istud ma- lum auertant Musæ. BVL. Vereor ne Musis dormitantibus id nobis frequẽter eueniat No sopone. Nec enim semel, lusum hunc vidimus. Fragmentũ è Cicerone decerptũ addito Ger- mani cuiuspiam titulo, quàm deridebant: quo ties barbarum inclamabant, qui sibi valde Ci- ceroniani videbantur . Rursus aliquid pridie confictum proferebatur in medium, addeba- tur Ciceronis nomen, & fingebatur exemplar repertũ in bibliotheca peruetusta. Quàm ex- osculabantur, quàm adorabãt diuinam illam, & inimitabilẽ Ciceronis phrasim? Quid quod eruditi non negant in Ciceronis scriptis inue niri solœcismos inexcusabiles, quales & olim exciderunt & excidunt hodie viris eruditis, dum in varie distracta cogitatione, magis sen tentiæ præcedentis meminerunt, quàm ver- borum, eóque fit, vt periodi clausula priori- bus non respondeat. Quod genus sit, Diutius commorans Athenis, quoniam venti nega- bant soluendi facultatẽ, erat animus ad te scri bere: Initio versabatur in animo, volebam, aut statuerã, post magis arrisit, in animo erat, quæ voces eundem efficiũt sensum, sed parum con-

gruunt ijs quæ præcesserãt. Quin Aul. Gellius libro sexto cap. decimoquinto, profert locum ex secũdo lib. Ciceronis de gloria, in quo manifesto lapsus est, versus aliquot Homericos ex Iliados ϰ tribuens Aiaci, quum ibi dicãtur ab Hectore. An id quoque conabimur æmulari? Id profecto faciendum, si totum exprimemus. Ad hæc obseruatũ memoriæq; proditum est, Ciceronẽ dixisse quædã quæ nemo doctus putauit imitanda, veluti quũ ait, in potestatẽ esse, pro, in potestate esse. Ac sanè fieri potest, vt illud tem, pro te, fecerit in autographo, calami fluxus, aut alius quispiã casus, aut in alijs exẽplaribus librarius oscitãs induxerit. Rursus in edicto M. Antonij, M. Tullius veluti barbarã & Latinis inauditã vocẽ proscindit, pijssimus à pio, quum ea apud probatissimos latinæ linguæ scriptores reperiatur. Idem vt solœcõ in eo reprehẽdit, quod scripsisset, facere cõtumeliam, quemadmodum dicimus Latine, facere iniuriam, quum apud Terentium, optimum, ni fallor, elegantiæ Romanæ authorem ita loquatur Thais, Nam si ego digna hac contumelia sim maxime, at tu indignus qui faceres tamen: opinor enim tacite repeti contumeliam. Idem ab his vocibus nouissime & nouissimus, ceu male latinis abstinuit, quum eis non veriti sint vti M. Cato & Sallustius. Qua religione M. Tullium Aul. Gellius testatur vsum & in alijs multis dictionibus, quibus authores bene Latini, & ante illum & post

illum frequenter vsi sunt. Fertur & geminum ss, scripsisse, quoties antecedebat longa vocalis velut in causſa, visse, remissi pro causa, vise, remisi. Num igitur totum Ciceronem imitantes abstinebimus ab his quæ cõtra doctissimorum hominum sententiam vni Ciceroni non placuerunt, aut ea sequemur quæ nulli docti voluerunt imitari, ac nec excusare potuerunt? HYP. Isthuc quidem amantiũ est, etiam neuos earum quas amant exosculari. BVL. Age si totus erit exprimẽdus, num illius exemplo Musis & Apolline nullo scribemus versus? NOS. Carmen excipio. BVL. Næ tu bonam eruditionis partem excipis, dum carmen excipis. Cæterum quid vetat quo minus vtamur hac exceptione & in his virtutibus, in quibus ab ab alijs superatur Cicero, quemadmodum in hoc toto genere multis est iferior, ne dicã omnibus. Q3 multos versus admiscet scriptis suis ex Homero, Sophocle & Euripide parũ feliciter versos, prẽter Græcorũ exemplũ in iambis eam vsurpans libertatẽ, quã sibi Latini comœdiarũ scriptores permiserũt. Tu si quid si milevoles facere, nũ vereberis ea felicius, si possis, ac minore licẽtia vertere, ne sis parũ Ciceroni similis? An non dehonestat orationẽ solutã, qui versiculos, quos vertẽdo facit suos, parũ reliquę dictioni cõgruẽtes admiscet? Tũ quoniã identidẽ ille suis libris aspergit versus Ennianos, Neuianos, Pacuuianos & Lucilianos, horridã illã & inconditã antiquitatẽ resipien-

tes: tibi religio erit ſimiles, imò diſſimiles verſus ex Vergilio, Horatio, Ouidio, Lucano, Perſíove proferre, quorum lucubrationes, vt minus horroris, ita plus habent tum elegantiæ, tũ eruditionis? An hic metues videri M. Tullio diſſimilis? NOS. Certe nonnihil receſſerimus ab eo, quẽ modis omnib⁹ exprimere conamur. BVL. At quòd eſt neceſſe ſemper ac modis omnibus eſſe ſimilem, quũ ſæpe potius ſit eſſe parẽ, & interdũ facilius ſit ſuperare quàm æquare, hoc eſt, meliora ſcribere, quàm ſimilia. NOS. Meliora Ciceronianis ne Muſas quidem ipſas dicturas opinor. HYP. Fortaſſe poſſent, ſi neruos intenderent, & noctu incœnatæ ſcriberẽt, ad lucernulam. BVL. Ne quæſo cõmoueare Noſopone, ſemel ſtipulatus ſum impune dicẽdi quæ viderentur, poteſtatem. Si quis vſqueadeo deditus addictúſq; Ciceroni, quemadmodum nos hactenus ſumus, an nõ periculum ſit, ne cæcus amore, vel pro virtutib⁹ admiretur vitia, vel ſciens ipſa quoq; vitia effingat? NOS. Ἡράκλεις, in Cicerone vitia? BVL. Nulla, niſi forte ſolœciſmus vitium eſt apud alios, apud Ciceronem nõ eſt. At ſolœciſmos, vt diximus, eruditi cõmonſtrant in libris M. Tullij. Niſi labi memoria vitium non eſt, & hoc cõmonſtratum eſt à doctis. Si vitium non eſt immoderata mentione propriarũ laudum etiam illum grauare cui patrocinaris, quod in Milonis defenſione factum teſtatur Aſconius Pædianus, & vix vſquam non ſubmoleſtus eſt

hoc affectu Cicero,non sine causa,vt elegan-
ter inquit Seneca , sed sine fine glorians . Et
haud scio vtra re sit intemperantior,de se glo
riando an alios insectando. Quocunq; colore
defenderimus hæc,illud inficiari non poteri-
mus, hac duntaxat in parte rectius exemplũ
ab alijs peti posse. NOS.Missum faciamus ser
monem de moribus,de viribus ac virtutibus
eloquẽdi nobis instituta est disputatio. BVL.
Ego vero lubens missum fecero,nisi rhetores
ipsi contenderent,bonum oratorem esse non
posse,qui nõ sit idem vir bonus. Verum age,
num tibi videtur esse vitiosa compositio,si di
ctio sequẽs incipiat ab ijsdem syllabis,in quas
desijt præcedẽs,velut Echûs imaginẽ ludicrã
referẽs.Quod genus si dicas,ne mihi dona do
nata,ne voces referas feras,ne mihi per impe
ritos scribas scribas.NOS.Fateor ineptã &ab-
surdam compositionem. BVL. Atqui talem
proferunt ex amasio nostro Cicerone:
O fortunatam natam me Consule Romam.
NOS. Iam semel carnẽ excepi.BVL.Per me
licebit,modo simul excipias illud totum Cice-
ronem.Sed nondum elapsus es.En tibi nihilo
meliorem compositionem ex oratione soluta
refert Quintilian9.Res mihi inuisæ visę sunt
Brute.Aut si malis Ciceroniano sonare more,
inuisse vissæ sunt.Ne quid calumnier interim
de duobus molossis in clausula. NOS. Isthuc
excidit in epistola familiari. BVL.Nihil repu
gno,tantum quæro num existimes imitandũ?

Certe fateris aliquid posse dici melius. NOS. Nescio. BVL. Quid hic memorem de vocalium crebra collisione, quæ reddit hiulcam & inamœnam orationem? At non hoc quoq; notatum est à doctis in Cicerone? Neglexit, inquies, nihil reclamo, modò fateamur quiddam esse, quod apud alios aut nõ sit, aut sit melius. Rursus ex te quærã, ecquem nouisti scriptorem tam vigilantem, támq; felicem, vt non alicubi dormitarit? NOS. Quid ni? homines erant. BVL. Inter homines igitur numeras Cironem? NOS. Interdum. BVL. Vtrum igitur putes esse consultius, imitari dormitantẽ Tullium, an vigilãtem Sallustium, aut Brutũ, aut Cæsarem? HYP. Quis nõ mallet vigilantẽ exprimere? BVL. An non sic Homerũ imitatus est Vergilius, vt multa correxerit, nonnulla reliquerit? Nónne sic Hesiodum, vt nusquam non vicerit? Nónne sic Horatius est Lyricos æmulatus, vt ex vnoquoq; decerpens quod esset bellissimum, omnes post se reliquerit?

Ego, inquit, apis Matinæ More modóque
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum, circa nemus, vuidique
Tiburis ripas, operosa paruus
Carmina fingo.

An non sic imitatus Luciliũ, vt quædã in illo sciens prętermiserit, ab alijs sumpturus quod imitatione dignius esset? Quid alios cõmemorẽ? nũ ipse M. Tullius tã admirabilẽ eloquentiã ex vno quopiã contraxit? An potius excussis Græcorũ pariter ac La

tinorum philosophis,historicis,rhetoribus,co
micis,tragicis,lyricis: demũ ex omni scripto-
rum omniũ genere suam illã diuinã phrasim
collegit,cõtexuit,absoluit? Si modis omnibus
libet imitari Ciceronẽ,& hoc illius exemplum
imitemur. HYP. Nõ absurde mihi Nosoponi
loqui videtur Bulephorus. BVL. Quid? an nõ
hoc ipse docuit Cicero,caput artis esse dissimu
lare artẽ? Friget enim,& fide caret,ac velut in-
sidiosa timetur oratio,quę significationẽ artis
dedit. Quis enim ab eo nõ metuat,qui fucum
& vim parat animis nostris? Itaq; si feliciter Ci
ceronem imitari volumus,dissimulãda cũ pri
mis est ipsa Ciceronis imitatio. At qui nusquã
discedit ab illius lineamentis, qui verba,figu-
ras,numeros ex illo concinnat, quædã imitãs
etiã non imitanda: veluti quidã Platonis disci
puli,adductis humeris pręceptorẽ referebant:
Aristotelis auditores subbalbum quiddã in lo
quendo, quod in eo fuisse legitur,reddebant:
quoniã manifesto præ se fert imitandi studiũ,
cui videbitur ex animo loqui, aut quid laudis
assequetur deniq; ? Nimirũ id quod assequun-
tur ij qui scribunt cẽtones. Delectãt fortassis,
sed paulisper,sed ocioso duntaxat. Cæterum
nec docẽt,nec mouẽt,nec persuadent. Summa
laus est,probe tenet Virgilium,multo sudore
cõcinnauit emblemata. NO. Quo magis eluce-
bit imitatio, hoc magis habebor Ciceronian⁹.
Hæc est votorũ summa. BV. Recte dicis si fa-
cundiã ostẽtationi paramus,nõ vsui. Verũ plu

rimũ intereſt inter hiſtrionem & oratorẽ. Illi delectaſſe ſatis eſt: hic etiã prodeſſe ſtudet, ſi modo vir bonus eſt. Quod ſi non eſt, nec oratoris nomen tueri poterit. Iam demonſtrauimus opinor in Cicerone quędam eſſe vitanda, quædam in eo deſiderari, quædam ſic adeſſe, vt in his ab alijs hac parte felicioribus ſuperetur. Sed donemus nullũ eſſe virtutũ aut ornamentorũ genus, in quo nõ ſit cæteris vel par vel ſuperior: certe in alijs alia magis eminent ob raritatem, quę in M. Tullio ornamentorum denſitate velut obſcurantur: perinde quaſi ſi certas ſtellas notare velis, facilius id facies ſi ratæ luceant, quàm ſi tota cæli pars pariter inſignibus obſita ſit. Itidem ſi veſtẽ conſpicias totam gemmis obtectam minus te capient ſingulæ. NOS. Qui totũ imbibit Ciceronem, non poteſt aliud quàm Ciceronem exprimere. BVL. Eodem reuoluimur. Fatebor eloquentem, qui Ciceronem feliciter expreſſerit: ſed qui totũ, exceptis vitijs: & ne ſim iniquior, vnà cum ipſis vitijs, modo totum. Feremus illud ſubinnane, feremus mentum leua demulceri, feremus & collum oblongum atq; exilius, feremus perpetuam vocis contentionem, feremus indecoram parúmq; virilem in initio dicendi trepidationem, feremus iocorũ intẽperantiã: & ſi ſunt qua alia, in quibus M. Tullius vel ſibi, vel alijs diſplicuit, modo ſimul & illa exprimant, quibus iſta vel texit ille, vel penſauit. NOS. Vtinã id mihi contingat ante

ſupremũ vitæ diem. BVL. Iſtuc vt contingat nunc agimus Noſopone. At vide quàm multa quàm paucis complectitur, qui totum dicit Ciceronem. Sed ô Muſæ, quantulam Ciceronis portionem nobis referunt iſti Ciceronis ſimij, qui voculis, formulis, tropis & clauſulis aliquot, hinc atq; hinc ceu corrogatis ſummã modo cutem, ſeu bracteam potius Ciceronis nobis exhibent. Sic olim Atticum dicendi genus quidam æmulabantur, quũ interim eſſent aridi, ieiuni, frigidiq;, ſemper, vt ait ille, manũ intra pallium habentes, nec ſubtilitatem, nec ſanitatem, nec gratiam Atticorũ vlla ex parte poſſent aſſequi. Optimo iure Quintilianus irridet quoſdam, qui ſe germanos Ciceronis haberi volebant, quòd aliquoties his vocibus abſoluerent clauſulam, eſſe videatur, quod ea ſemel atq; iterum Ciceroni forſitan excidit, ſi periodũ longiore ambitu circũduxiſſent, quòd in initijs præſertim nõnunq; fecit ille. Nec hodie parum multi ſunt iſtorũ ſimiles, qui ſeſe valde mirantur, & alteros, vt aiunt, Cicerones eſſe credũt, ſi prima vox orationis ſit quanq;, aut, etſi, animaduerti, aut quum, aut ſi, quod officiorũ libros ſic ordiatur M. Tulli⁹, Quãq; te Marce fili, periodum vix nono verſu abſoluens. Et pro lege Manilia, Quanq; mihi ſemper. Laudatiſſimam illam pro Milone orationem ſic auſpicatus eſt, Etſi vereor iudices. Rurſus Philippicarum duodecimã, Etſi minime decere videtur. Item pro C. Rabirio, Etſi

Quirites. Et epiſtolis aliquot ſimile eſt initiũ. Et haud ſcio an iſti libros ad Herennium ob id tribuant Ciceroni, quòd ab etſi, capiat exordium. Porrò De finibus bonorum librum quintum ſic incipit, Quũ audiuiſſem Antiochum Brute. Tuſculanas quęſtiones ſic auſpicatur, Quũ defenſionũ laboribus. Et eiuſdem operis quartum librum, Quũ multis in locis noſtrorum hominum ingenia. Pro L. Flacco, Quum in maximis periculis. Item pro domo ſua ad Pontifices, Quũ multa diuinitus. Iterũ pro Plantio, Quũ propter egregiam. Ad hæc librũ de natura deorum primum, Quũ multæ res in philoſophia. Et Scipionis ſomnium, Quũ multæ res in Africa. Pro Rabirio dicẽs ſic orditur, Animaduerti iudices. Rurſus ad Brutũ de paradoxis Stoicorum, Animaduerti Brute. Pro L. Cornelio Balbo ſic orditur, Si authoritas patronorum. Pro P. Seſtio, Si quis antea iudices. Pro Cecinna, Si quantum in agro. Pro Archia poeta, Si quid eſt in me ingenij. In Vatinium teſtẽ, Si tua tantũmodo. Vatini. Ad equites iturus in exilium, Si quando inimicorum. Ad ſenatum poſt reditum, Si P. C. veſtris. Pro M. Cælio, Si quis iudices. De prouincijs conſularibus, Si quis veſtrûm P.C. Quid autẽ magis ridiculũ, ac Ciceroni diſſimili⁹ eſſe poſſit, q̃ nihil habere Ciceronis præter tales voculas in orationis exordio? De quibus ſi quis percontetur Ciceronẽ, quur ab ijs vocibus ſit orſus, reſpõdebit, opinor, quod in

insulis fortunatis Luciano respõdit Homerus, roganti quur primã Iliadis dictionẽ voluerit esse μῆνιμ, nam hęc quęstio multis seculis torserat grãmaticos, illud, inquit, tum forte venit in mentẽ. Cõsimilis impudentiæ sunt, qui sibi plusq̃ Ciceroniani vidẽtur quòd aliquoties insulciant, etiã atq; etiã pro vehementer, & maiorem in modũ pro valde, identidẽ pro subinde, quum & tum quoties inæqualis momenti sunt quæ cõnectimus, tum & tum quoties æqualis, tuorũ in me meritorum. Quid quæris, pro in summa, aut breuiter, Nõ solum peto, verum etiã oro contendóq;, Ante hac dilexisse tantum, nunc etiã amare mihi videor, Valetudinẽ tuam cura, & me, vt facis ama. Non ille quidem vir malus, sed parũ diligẽs: qua loquutionis formula sic M. Tullius videtur delectatus, vt in eadem pagina crebro repetitam inuenias. Simile est, quum per illud, pronomẽ indicat non quod præcessit, sed quod mox sequitur. Et in Epistolis fortassis semel atq; iterũ dixit, cogitabã in Tusculanũ: itaq; Ciceronianus sibi videtur, qui subinde dixerit, Romam cogitabã, pro eo quod erat, in animo habebã, siue statuerã proficisci Romã. M. Tulli⁹ anni numerũ non adscribit epistolis, sed tantũ mẽsis diem, Et Ciceronianus non erit, si quis à Christi natali annũ asscripserit, quod sæpe necessarium est, semper vtile? Iidẽ non ferunt, si quis honoris gratia nomen eius, ad quem scribat, suo præferat, Quod genus sit, Carolo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cæſari Codrus Vrceus ſalutem. Par flagitiũ exiſtimant, ſi quid dignitatis, aut laudis addas proprio nomini, velut, Inclyto Pannonię Bo-œmiæq; regi Ferdinando Velius S. D. Nec Plinio Iuniori poſſunt ignoſcere, quod ſuũ appellat, ſi quãdo ſcribit amico, quum eius facti nullum apud Ciceronẽ extet exemplũ. Vt parum Tullianus reijcietur, qui, quod exemplũ à principum officijs mutuati docti quidã nuper vſurpare cœperunt, ſummã eius epiſtolæ, cui reſpõdere parat in initio proponat, quòd id nuſq; factum ſit à M. Tullio. Noui quoſdã notatos vt ſolœcos, quod in ſalutatione pro S. D. poſuerint S. P. D. Id eſt, ſalutẽ plurimã dicit, quòd negarent hoc apud Ciceronẽ inueniri. Nonnulli vero putant & illud Tullianũ eſſe, ſalutationẽ non in fronte, ſed in tergo literarũ pónere, quod his verbis admoneretur Lator, quas quibus deberet reddere non ſine ſalutatiõis officio. Quãtula res facit, vt ab hac palma decidamus. Multo vero minus erit Ciceronianus, qui ſalutarit hac formula, Hilarius Bertulphus Leuino Panagatho totius hominis ſalutem, aut ſalutem perpetuam. Verũ hic quoque longius aberit à Ciceroniano, qui ſic orſus fuerit epiſtolam, Gratia, pax & miſericordia à deo patre & domino Ieſu Chriſto. Item qui pro, cura vt recte valeas, ita claudat epiſtolam, Soſpitet te dominus Ieſus: aut, incolumem te ſeruet dominus totius ſalutis author. Quos riſus, quos cachinnos hic tollent

Ciceroniani? Quid autem admissum est piacu-
li? An non verba Latina sunt, munda, sonan-
tia, atq; etiam splendida? Iam si sensum intro-
spicias, quanto plus est hic quàm in, salutẽ di-
cit, & bene vale. Quid vulgarius quàm dicere
salutem? Pręstat hoc officium herus seruo, ini-
micus inimico. Quis autem crederet esse La-
tinum, dicit illi salutem, & iubet illum saluere,
nisi nobis sermonem hunc veterum cõsuetu-
do cõmendaret? Hoc in aditu. Iam in digres-
su, vale dicimus & his quibus male precamur,
Quãto melior emphasis in formulis Christia-
norũ, si modo vere & ex animo simus Chri-
stiani. Gratia declarat gratuitam condonatio-
nem admissorum : pax quietem & gaudium
conscientiæ, quòd deũ pro irato habemus pro-
pitium? misericordia dotes varias & corporis
& animi, quibus suos locupletat arcani spiri-
tus benignitas, quóque magis speremus nobis
hæc fore perpetua, additur à deo patre & do-
mino nostro Iesu Christo. Quũ patrẽ audis,
ponis seruilem trepidationẽ, ascitus in affectũ
filij, quum dominũ audis, cõfirmaris aduersus
vires satanæ. Non deseret ille quod tam care
redemit, & vnus potentior est vniuersis sata-
næ cohortibus. Quid suauius his verbis ei, qui
iam hæc apud se sentit: quid vtili? hac admo-
nitione ei, qui nondum in hũc affectũ trans-
ijt? Verbis itaque non vincimur, imò vinci-
mus potius: sententia longe superamus. Re-
stat illud decorum & aptum quod vbiq; cum

primis ſpectandum eſt. At hæc quanto magis conueniunt homini Chriſtiano, quàm illa, ſalutem dicit, & cura vt valeas. Tantũ faceſſat illa puerilis imaginatio, non ſic loquutus eſt Cicero. Quid miri, ſi non ſic loquutus eſt, quũ rem ignorarit? Quot millia ſunt rerum, de quibus nobis frequenter dicendum eſt, de quibus M. Tullius ne ſomniauit quidẽ? At ſi viueret nobiſcum eadem loqueretur. An non igitur frigidi vidẽtur imitatores, qui talium rerum obſeruatiunculis referũt M. Tullium, ac diſſimulatis tot diuinis viri virtutibus, numeris, tropis, formulis ac dictiunculis ea imitantur, quæ M. Tullio vel placuerũt, vel crebrius excideruntHæc ad te quidẽ nihil attinent Noſopone, ſed tamẽ, quoniam incidit vt de Ciceronis imitatoribus loqueremur, & hæc commemorare non ab reviſum eſt. Hoc hominũ genus, & nobis, & ipſi Ciceroni pariter inuiſum eſſe debet: Nobis qui vere Ciceronẽ conamur exprimere, quia per iſtos vocamur in iocum & fabulam, dum ex illorum æſtimamur ſtultitia: Ciceroni, qui per tales, vt antè diximus, imitatores nõ aliter infamatur, quàm bonus præceptor per malos diſcipulos, probus vir per improbos liberos, formoſa mulier per imperitũ pictorem. Quẽadmodũ autem nulli magis ſe iactant ac venditant de præceptorũ ac maiorum nomine, quàm indocti diſcipuli & improbi filij, aliunde captãtes virtutis opinionẽ, quũ ſuis bonis eam cõciliare non queant: ita nulli

gestiunt insolentius nomine Ciceronis, quàm qui Ciceroni sunt dissimillimi. Noui medicos insigniter artis quam profitebãtur imperitos, qui quo quæstũ facerẽt vberiorẽ, celebris alicuius medici, quem vix viderant, se discipulos iactitabãt, rogatiq; quur præter artem hoc aut illud ministrarẽt ægrotis, cõuicio respõdere solent, Num tu illo doctior? Hunc præceptorẽ sequor. Atqui illius quem nominabãt penè nihil imitabantur, præter vitanda potius quàm æmulanda: puta si forte celebris ille, fuit in respondẽdo cõsultorib⁹ difficilior aut morosior, vel in exigẽda mercede durior. Quo tandem animo credis egregiũ illum medicũ esse erga tales discipulos? HYP. Haud dubiũ quin pessimo, nisi prorsus nullam habet existimationis suæ rationem. BVL. Quónam reliquos eiusdem medici veros ac germanos discipulos? HYP. Æque malo, quod apud vulgus tales habentur discipuli, qualem experiũtur illum glorioſum impostorem. BVL. An non audimus patresfamiliâs obiurgantes male moratos filios, Vos me redditis infamem & inuisum ciuibus meis, vos obscuratis imagines maiorũ, pudet me talium liberorum: si pergitis, abdicabo vos. Nónne ad consimilẽ modũ audimus interdũ fratrẽ indignari fratri, quòd illius improbis moribus detrimentũ opinionis suæ capiat? Hoc animo ꝓbabile est Ciceronẽ esse in istos ridiculos simios, hoc animo nos esse decet, qui illi⁹ γνήσια τέκνα studem⁹ haberi. NOS.

In re tam præclara nonnihil eſt vel vmbram aſſequi. BVL. Sit hoc aliquid, quibus ſatis eſt vmbras vocari Ciceronis: ego nec Apollinis vmbram dici me cupiam. Malim enim eſſe viuus Craſſus, quàm vmbraticus Cicero. Verum vt quod inſtituimus peragamus, fac eſſe qui totum Ciceronẽ in verbis, figuris & numeris exprimat, quod ipſum tamẽ an multi poſſint neſcio, quantulũ is habebit Ciceronis? Sit hoc in imitando Cicerone, quod Zeuſis fuit in effigiando corpore muliebri. Expreſſit liniamenta, colorem, ætatẽ, &, vt ſummũ artificiũ præſtiterit, affectus nonnihil, hoc eſt, dolentis, gaudentis, irati, metuentis, attenti, aut dormitãtis. Hæc qui præſtiterit, nónne quicquid ars poteſt abſoluit? Quantũ licuit, viuã hominis ſpeciem in mutũ ſimulachrũ tranſtulit. Nec aliud exigi poteſt à pictore. Agnoſcis formam eius quæ depicta eſt, vides ætatem & affectus, fortaſſis & valetudinem, adde, quod à quibuſdam effectum legimus: agnoſcit indolem & mores & vitæ ſpatium phyſiognomus. Sed immane quantum illic abeſt hominis? Quod ex ſumma cute conijci poteſt, expreſſum eſt. Cæterum quũ homo conſtet ex anima & corpore, quantulum illic eſt partis, eiúſq; deterioris? Vbi cerebrum, vbi caro, vbi venæ, vbi nerui & oſſa, vbi inteſtina, vbi ſanguis, ſpiritus & phlegma, vbi vita, vbi motus, vbi ſenſus, vbi vox & ſermo, denique vbi quæ ſunt hominis propria, mens, ingenium, memoria, conſiliũ? Quemad-

modum quæ ſunt hominis præcipua, pictori ſunt inimitabilia, ita ſummas oratoris virtutes nulla aſſequitur affectatio, ſed à nobis ipſis ſumamus oportet. Verũ à pictore nihil aliud exigitur, ſi præſtitit quod vnũ ars profitetur: à nobis, ſi totũ Ciceronẽ exprimere volumus, multo aliud requiritur. Si noſtrũ ſimulachrũ, quo M. Tullium effingimus, careat vita, actu, affectu, neruis & oſſibus, quid erit imitatione noſtra frigidius? Sed multo magis erit ridiculum, ſi tuberibus, neuis, cicatricibus, aliáve mẽbri deformitate demum efficiamus, vt lector agnoſcat nos legiſſe Ciceronem. HYP. Iſtius generis pictor quidã nuper riſui nobis fuit: Suſceperat effingendũ ad viuam formam Murium ſodalẽ noſtrũ: quũq; veram hominis formam reddere nõ poſſet, circũſpectabat ſi quid haberet in corpore ſeu veſtitu notabile. Æſtate cœperat, iámque magna ex parte tabulam abſoluerat, pinxerat anulum quem geſtabat, pinxerat crumenam & cingulum, tum pileum capitis diligenter expreſſit. Animaduertit illi in leuæ manus indice eſſe cicatricem, eam expreſſit accurate. Tum in dextra, qua manus peninſula brachio comittitur, tuber inſigne, nec hoc prætermiſit. Rurſus in ſupercilio dextro pilos aliquot in diuerſum flexos reddidit. Item in bucca leua cicatricẽ effinxit, vulneris veſtigiũ. Vbi reuerſus, nam crebro rediebat ad exẽplar, vidiſſet barbã demeſſam, effinxit nouũ mentũ: rurſus vbi barbam aliquan-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tulum proueniſſe,quia magis id placebat,mutauit illi mentũ. Interim oborta eſt Murio febricula,ea,vt ſolet recedẽs, in labiũ eruperat, pictor expreſſit puſtulã. Tandẽ venit hyems, ſumptũ eſt aliud pileum, mutauit picturam: ſumpta eſt veſtis hyberna pellibus ſubducta, pinxit nouam veſtem. Rigor mutarat colorẽ, & cutem,vt ſolet,contraxerat,mutauit totam cutem: inciderat pituita,quæ ſiniſtrũ oculum vitiarat,& naſum,dum frequẽter emungitur, reddiderat & aliquanto maiorem,& multo rubicundiorem,pinxit illi nouum oculum & naſum nouum. Si quando vidiſſet impexum,exprimebat capillorum inæqualitatem: rurſum ſi pexum,componebat capillitiũ:forte dormitabat Murius dum pingeretur, expreſſit dormitantem: ſumpſerat pharmacũ hortatu medici,ea res addidit aliquid ſenij:mutauit faciẽ. Si veram ac natiuam hominis formã potuiſſet exprimere, non confugiſſet ad hæc πάρεργα. Itaq; ſi ad iſtum modum imitemur Ciceronem, nónne merito clamet in nos Horatius, O imitatores ſeruum pecus, vt mihi ſæpe Riſum, ſæpe iocum veſtri mouere tumultus! Sed finge nos feliciter expreſſiſſe Ciceronem quicquid hominis exprimere poteſt abſolutus pictor,vbi pectus illud Ciceronis,vbi rerum tã copioſa,tã felix inuẽtio,vbi diſpoſitionis ratio,vbi propoſitionũ excogitatio,vbi cõſiliũ in tractãdis argumẽtis,vbi vis in mouendis affectibus,vbi iucunditas in delectãdo,vbi

tam felix ac prompta memoria, vbi tantarum rerum cognitio, deniq; vbi mens illa ſpirans etiamnum in ſcriptis, vbi genius ille peculiarẽ & arcanã adferens energiam? Hęc ſi abſint, q̃ erit frigidum imitationis noſtræ ſimulachrũ? NOS. Iſta diſerte tu quidem Bulephore, ſed quorſum ſpectant, niſi vt adoleſcentes ab effingendo Cicerone deterreas? BVL. Bona verba Noſopone, Quin potius eò ſpectant hæc omnia, vt contempto ſimiorũ quorundam inepto tumultu, Ciceronem, quatenus licet & totum & feliciter imitemur. NOS. Hic ſanè rem eandem agimus. BVL. Id ni fiat dextre, futurum eſt vt ſedulo quidem, ſed parum feliciter æmulando, Ciceronis diſſimillimi reddamur. Nihil enim periculoſius eſſe ſcito, q̃ affectare Ciceronis imaginem. Male ceſſit gigantibus affectaſſe ſedem Iouis. Nonnullis exitium attulit euocaſſe deos. Periculoſæ plenum opus aleæ eſt, diuinam illam & humana natura ſuperiorem exprimere linguã. Cicero naſci fortaſſis poteſt aliquis, fieri nemo. NOS. Quid nũc agis? BVL. Quia virtutes illius vt ſummę ſunt ita vitijs ſunt proximę. Porrò fieri non poteſt quin imitatio defluat ab eo, quod ſequi tantũ, non etiam vincere ſtudet. Proinde quo impenſius affectas illius ſimulachrum hoc vitio propior es. NOS. Non ſatis intelligo quod dicas. BVL. Efficiam vt intelligas. Nonne medici corporis optimam valetudinem prędicãt periculoſiſſimam, quòd aduerſæ valetudini ſit

proxima? NOS. Audiui. Quid tum poſtea? BVL. Summa monarchia nónne tyrannidi proxima eſt? NOS. Aiunt. BVL. Et tamẽ ſumma monarchia nihil eſt melius, ſi abſit tyrannis. Et ſũma liberalitas nónne vicina eſt profuſionis vitio? Et ſũma ſeueritas an nõ affinis eſt truculentiæ? NOS. Sanè. BVL. Et ſumma feſtiuitas vrbanitáſq;, nónne ad ſcurrilitatis ac leuitatis accedit viciniam? NOS. Deſine cõmemorare cætera, finge me de ſingulis eſſe cõfeſſum. BVL. Prius audies illud Horatianum,

Breuis eſſe laboro,
Obſcurus fio, ſectantem lenia, nerui
Deficiunt, animiq;, profeſſus grandia turget.

Ita qui affectant Atticiſmum pro argutis ac venuſtis fiunt aridi: qui genus Rhodienſe, diſſoluti: qui Aſiaticum, tumidi. Laudata eſt in Salluſtio cõpoſitionis breuitas, nónne ſi quis hãc ſuperſtitioſe conetur æmulari, periculum ſit ne conciſus & abruptus euadat? NOS. Fortaſſe. BVL Prædicatus eſt in Demoſthene verborum & argumentorũ modus, cui nihil poſſis detrahere. NOS. Ita cenſuit Quintilianus. BVL. Ad hanc laudem æmulandam, ſi quis ſe cõponat anxie, quo Demoſthenicus videatur, periculo vicin⁹ eſt, ne minus dicat, q̃ oportet. Applauditur Iſocratis ſtructuræ numeriſq;. Huc qui vehementer annitatur, in periculum veniet, ne ſuperſtitione compoſitionis ſit moleſtus, & artificij iactatione fidẽ amittat. Senecæ laudata eſt copia. Huius incautus ac ſedu-

lus æmulator periclitatur,ne redundãs & im modicus euadat pro copioso. Bruti grauitatẽ si æmuleris anxie,fortassis tristis & asper euades.Laudatur Crispi iucunditas: Huius æmulator veniet in discrimen, ne pro iucundo fiat ineptus aut leuis.Noui qui quum mirabilẽ illam Ouidij facilitatem conarentur exprimere,versus effutirent,& neruis & spiritu carentes. Et ne singulos commemorando tibi fiam molestus,dicam in genere quod restat. In quibusdam eminet argumentandi subtilitas.Hãc qui vehementer affectat , periclitatur, ne vel frigidus,vel obscurus euadat. In alijs admiramur felicem artis neglectum.Hoc qui contendit effingere , fortassis in vulgare dicendi vel potius garriendi genus incidet.In alio dilucet summa artis obseruatio.Id qui nitatur exprimere,incidet in scenicum quoddam dicẽdi genus.Atticæ frugalitati proxima est exilitas:copioso verborum fluxui vicina est loquacitas. Summam in mouendis affectibus dinosin excipit insaniæ species,vt granditatem fastus,asseuerandi fiduciã,improbitas. NOS.Confessa prędicas.BVL.Ex his vero sunt quædam quę sic eminẽt in authoribus,vt pro vitijs habenda sint,nisi iunctis virtutis pensarentur: quẽadmodum in Seneca cõpositionis abruptũ,& sententiarũ immodicã densitatem multæ virtutes excusant,vt pręceptorũ sanctitas,verborum ac rerum splendor, ac iucunditas orationis. Nec Isocratis laudaretur cõpositio, nisi

perſpicuitas dictionis & ſententiarum grauitas illi patrocinaretur. NOS. Nihil adhuc audio falſi: cæterum quorſum hæc tendant nondum video. BVL. Nimirũ huc. Quum in vno Cicerone tam multa ſint huiuſmodi periculoſa mihi videtur illius ſuperſtitioſa & addicta æmulatio, quãdo virtutes quibus iſta vel commendauit, vel texit, æmulari non poſſumus. NOS. Quænam iſta dicis? BVL. Tam fluidũ eſt illi dictionis genus, vt remiſſus ac ſolutus alicubi videri queat: tam exuberans verborũ copia, vt redundans : tam artis obſeruans, vt declamatori quàm oratori propior , fidei iactura captãs artificij gloriam: tam liber in inſectando, vt maledicus haberi poſſit , tam effuſus in iocos, vt Catoni conſuli riſum mouerit tam blandus alicubi, vt abiectus: tam compoſitus, vt ſeuerioribus ingenijs mollis ac parum vir dictus ſit . Hæc vt fateamur in Cicerone vitia non eſſe, propter inſignem illã naturę felicitatẽ quã decent quæ facit omnia: vt etiam virtutes ſint, ſic tamen ſunt, vt ob viciniã nõ careant ſpecie vitiorũ ſub iniquo iudice, reprehenſionem omnẽ eximijs ac pluribus virtutibus pẽſauit, vt omnium iudicio calumniator & impudens habeatur, qui conetur aliquid in huius oratione reprehendere: verum has virtutes nõ ſtudemus exprimere, &, ſi Fabio credimus, ſunt inimitabiles, nec ab exemplo præceptis ve peti poſſunt, ſed à Minerua. Hæ vero ſi abſint, qualis erit eorum quę commemo

rauimus, imitatio? Colligimus igitur nullius imitationem esse periculosiorem, quàm Ciceronis: non tantum eo nomine quòd summus orator & extra omnem ingeniorum aleam positus est (quo titulo Flacc⁹ ab ęmulatione Pindari deterret, Icari exemplo) verum etiã quòd pleraque in illo sic summa sunt, vt vitijs sint proxima. Hic nimirum præcipitij discrimen. NOS. At prius cõueniebat inter nos, quæ maxime eminent ad imitationem esse accommodatissima, quo videlicet, vt nonnihil decidas ab eo quod effingere studes, tamen laudem auferas rectę dictionis. BVL. Aliud est eadem reddere, aliud similia, aliud imitari prescriptũ, aliud seruire, nec aliud quàm sequi. Denique defluit ab exemplo, qui non reddit & illa, quę reprehensionẽ excludunt. NOS. Nihil me terret periculum, modo tandem hoc laudis assequi liceat, vt dicar Ciceronianus. BVL. Hæc omnia si contemnis, est alius scrupus, qui magis vrget animum meum si non grauaberis audire. NOS. Vtere pactis arbitratu tuo. BV. An censes vllum eloquentis nomen promereri, qui non dicat apte? NOS. Nequaq̃, quãdoquidẽ hæc præcipua virtus est oratoris, apposite dicere. BVL. Verum illud appositũ, vnde perpẽditur, nónne partim à rebus de quibus verba fiunt: partim à personis, tum dicentiũ, tũ audiẽtium: partim à loco, tẽpore, reliquisq; circunstantijs? NOS. Maxime. BVL. Ciceronianum autem nónne præstantem oratorem

esse vis? NOS. Quid ni? BVL. Itaq; non erit Ciceronianus, si quis in theatro disserat de Stoicorum paradoxis,déq; Chrysippeis argutijs:aut apud Areopagitas in capitis discrimine lasciuiat facetijs:aut de re culinaria,verbis ac figuris tragicorum loquatur. NOS. Isto nihilo minus ridiculus erit orator,quàm si quis in tragico cultu saltet Atellanas:aut feli quod est in prouerbijs,inducat Crocoton,simię purpuram, Bacchum aut Sardanapalum leonis exuuio,& claua exornet Herculis. Nihil enim laudis meretur,quàmlibet per se magnificum, si sit ineptum. BVL. Et commode respondes & vere. Ergo Cicero qui suo seculo dixit optime,non optime dixisset si ætate Catonis Censorij, Scipionis aut Ennij simili modo fuisset loquutus. NOS. Nõ tulissent aures comptum illud & numerosum dictionis genus,nimirum horridioribus assuetæ. Nam istorũ oratio moribus illorum temporum congruebat. BVL. Dicis igitur orationẽ quasi vestem esse rerũ? NOS. Aio,nisi mauis picturam dici. BVL. Vestis igitur quæ decora est puero,non decet senem: nec quæ fœminæ congruit conueniret viro:nec quæ decet in nuptijs,deceret in funere. nec quæ laudi dabatur olim ante annos centum, nunc probaretur. NOS. Imò sibilis omnibus & risu omniũ exciperetur. Contemplare in picturis non admodum vetustis, fortassis ante annos sexaginta ęditis,cultum mulierculariũ aulicarũ ac procerum,quo si quis

nũc prodeat in publicum, futurum sit vt putribus malis à pueris ac motionib⁹ lapidetur. HYP. Verissima narras. Quis enim nunc ferat in honestis matronis, cornua, pyramides, metasq; prælongas in vertice prominentes, frontes ac tempora pilis arte vulsis glabra ad medium propè cranium: in viris pileorum thoros cum ingenti cauda pensili, oras vestiũ insectas, thoros in humeris tumẽtes, cesariem duobus digitis supra aures derasam, vestẽ lõge breuiorem quàm vt ad genua porrigatur, vix pudẽda tegẽtem, calceos rostris in immẽsum porrectis, catenam argenteam à genu ad talum vsq; reuinctã. Nec illis temporibus minus prodigiosus fuisset cultus, qui nunc habetur honestissimus. NOS. De veste conuenit. BVL. Da nunc si libet ex pictoribus Appellem, qui suę ętatis & deos & homines optime pingere solitus est, si quo fato rediret in hoc seculum, & tales pingeret Germanos, quales olim pinxit Græcos: tales monarchas, qualem olim pinxit Alexandrum, quum hodie tales nõ sint, nónne diceretur male pinxisse? NOS. Male, quia nõ apte. BVL. Si tali habitu pingeret quis deum patrem, quali pinxit olim Iouem: tali specie Christum, quali tum pingebat Apollinem, num probares tabulã? NOS. Nequaquam. BVL. Quid, si quis virginem matrem hodie sic exprimeret, quemadmodũ Apelles olim effigiebat Dianam: aut Agnem virginem ea forma, qua ille pinxit illam om-

nium literis celebratã ἀναδυομένην: aut diuã. Teclam ea ſpecie qua pinxit Laidē, num hũc diceres Apelli ſimilem? NOS. Non arbitror. BVL. Et ſi quis templa noſtra talibus ornaret ſimulachris, qualibꝰ olī Lyſippꝰ ornauit phana deorum, num hunc diceres Lyſippo ſimilem? NOS. Non dicerem. BVL. Quur ita? NOS. Quia ſigna rebus nõ congruerẽt. Idem dicerem, ſi quis aſinũ pingeret ſpecie bubali: aut accipitrem figura cuculi, etiam ſi ad eam tabulam ſummam alioqui curam & artẽ adhiberet. HYP. Ego nec illum appellarẽ probum pictorem, qui deformem hominẽ in tabula formoſum redderet. BVL. Quid ſi alioqui ſummã artem præſtaret? HYP. Non dicerem artis expertem tabulã, ſed mendacem. Potuiſſet enim aliter pingere, ſi voluiſſet. Cæterũ ei quẽ expreſſit vel blãdiri maluit, vel illudere. Sed quid? num hũc putas probum artificem? NOS. Vt ſit, hic certe non præſtitit. BVL. Bonum igitur virum exiſtimas? NOS. Nec bonũ artificem, nec bonũ virum. Siquidẽ caput artis eſt, rem, vt eſt, oculis repręſentare. BVL. Ad hoc non eſt magnopere opus eloquẽtia Ciceroniana. Nam veſtri rhetores permittunt oratori mentiri nonnunq̃, res humiles verbis attollere, magnificas deijcere, quod ſanè præſtigij genus eſt, obrepere inſidijs in animum auditoris. Poſtremo mouendis affectibus, quod veneficij genus eſt, vim adferre mentibus. NOS. Verum, vbi dignus eſt audi-

tor qui fallatur. BVL. Sed hæc interim mitamus ἀπροσδιόνυσα. Mihi satis est, quòd amictum non probas corpori parum accommodum: quòd picturam damnas, nõ aptam ei rei, quam profitetur se velle effingere. NOS. Sed quem exitum habituræ sunt istæ tuæ Socraticæ εἰσαγωγαί? BVL. Videlicet huc ibãmi Nosopone. Hoc mihi tecum conuenit, Ciceronem omniũ optime dicere. NOS. Conuenit. BVL. Nec Ciceroniani pulcherrimũ mereri cognomẽ, nisi qui similiter possit dicere. NOS. Prorsus. BVL. Tum ne bene quidem dicere, qui nõ dicat apte. NOS. Cõuenit & isthuc. BVL. Vt autẽ apte dicamus ita demũ fieri, si sermo noster personis & rebꝰ prẽsentibus congruat. NOS. Scilicet. BVL. Quid? Videtur præsens seculi status, cum eorũ temporum ratione congruere, quibus vixit ac dixit Cicero, quum sint in diuersum mutata religio, imperium, magistratus, respublica, leges, mores, studia, ipsa hominum facies, quid non? NOS. Nihil simile. BVL. Quid igitur frontis habeat ille, qui à nobis exigat, vt per omnia Ciceronis more dicamus? Reddat is nobis prius Romam illam, quæ fuit olim, reddat senatũ & curiam, patres conscriptos, equestrem ordinem, populum in tribus & centurias digestum: reddat augurum & auruspicũ collegia, Pontifices maximos, flamines & vestales, ædiles, prætores, tribunos plebis, consules, dictatores, Cæsares, comitia, leges, senatus cõsulta,

plebiſſcita,ſtatuas,triumphos,ouationes, ſupplicationes,phana,delubra, puluinaria, ſacrorum ritus,deos deasq;.Capitolium, & ignem ſacrum:reddat prouincias, colonias, municipia,& ſocios vrbis rerum dominę. Porrò quũ vndiquaque tota rerum humanarũ ſcena inuerſa ſit , quis hodie poteſt apte dicere , niſi multum Ciceroni diſſimilis? Adeo mihi videtur hoc quod agebamus in diuerſum exiſſe. Tu negas quenquàm bene dicere, niſi Ciceronem exprimat:at res ipſa clamitat,neminẽ poſſe bene dicere,niſi prudens recedat ab exemplo Ciceronis. Quocunq; me verto, video mutata omnia,in alio ſto proſcenio,aliud conſpicio theatrum, imò mundum alium. Quid faciam ? Chriſtiano mihi dicendum eſt apud Chriſtianos,de religione Chriſtiana: num vt apte dicam imaginabor me viuere ætate Ciceronis,& in frequẽte ſenatu apud patres cõſcriptos in arce Tarpeia dicere , & ex orationibus quas in ſenatu dixit Cicero,voculas aliquot,figuras & numeros emendicabo?Habẽda eſt concio apud promiſcuam multitudinẽ, in qua ſunt & virgines & vxores & viduę:dicendum eſt de laude ieiunij,de pœnitentia,de fructu orandi,de vtilitate eleemoſynarum,de ſanctitate matrimonij , de contemptu rerum fluxarum,de ſtudio diuinarũ literarũ,quid hic opitulabitur mihi Ciceronis eloquentia , cui quẽadmodũ res,de quib9 dicendum eſt, erant ignotæ:ita nõ potuerũt vſitata eſſe vocabula,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quæ post illum noua cum rebus nouis exorta sunt. An non frigidus orator erit, qui ad has materias, veluti pānos Ciceroni detractos assuat? Referam non rumore perlata, sed quod his auribus audiui, his oculis conspexi. Florebant id temporis Romæ præter cæteros dicendi laude Petrus Phædrus, Camillus hoc ætate minor, sed eloquendi viribus maior, nisi quòd ille iam huius laudis arcem occuparat. Verum horum neuter, ni fallor, genere Romanus erat. Erat autem cuidam delegata prouincia, qui de morte Christi diceret die sacro, quē parasceues appellant, idq; apud summum Pontificem. Aliquot ante diebus ad eam orationem audiendā sum inuitatus ab eruditis. Caue, inquiebant, ne desis, nunc demū audies, quid lingua Romana sonet in ore Romano. Adfui percupide, astiti suggesto proximus, ne quid effugeret. Aderat ipse Iulius secundus, quod solet, valetudinis opinor causa, admodum raro, aderat frequens Cardinalium Episcoporumq; consessus, ac præter ignobilē turbam docti pleriq;, qui tum Romæ agebāt. Nomen oratoris non ædam, ne cui videar hominis probi & eruditi famam arrodere voluisse. Erat hoc animo quo tu nūc es Nosopone, nimirū Ciceronianæ facūdiæ cāditat⁹. Proœmiū & peroratio oratione penè tota lōgior, consumebatur prędicādis Iulij Secundi laudibus, quē appellabat Iouē opt. Max. qui dextra omnipotēte tenēs ac vibrans trisulcū & ine-

uitabile fulmẽ, solo nutu faceret q̃cquid vellet Quicquid aliquot annis gestũ fuerat, in Gallijs in Germania, in Hispanijs, in Lusitania, in Africa, in Gręcia, id vni⁹ nutu perfectũ esse prędicabat. Atq; hęc quidẽ Romæ Roman⁹, ore Romano, sonoq; Romano. Sed quid hæc ad Iuliũ Christianæ religiõis antistitẽ, Christi vices gerentẽ, Petri & Pauli successorẽ? Quid hęc ad Cardinales & Episcopos reliquorũ apostolorũ vicẽ obtinẽtes? Iã argumẽto, quod susceperat tractãdũ, q̃d sacrati⁹, quid veri⁹, quid mirabili⁹, quid sublimi⁹, quid cõmouẽdis affectib⁹ accõmodati⁹? Quis hic vel vulgari quapiã eloquẽtia prædit⁹, nõ saxeis etiã hominibus excitet lachrymas? Cõsiliũ orationis hoc erat, vt primũ Christi mortem faceret luctuosam, mox in diuersum flexa dictione redderet glorioſam ac triũphalẽ, nimirũ vt nobis exhiberet exemplũ Ciceronianæ dinoseos, qua potuit auditorũ animos in quẽcunq; vellet affectũ rapere. HYP. Quid? successit'ne? BVL. Mihi, quũ maxime tractaret affectus illos tragicos, quos rhetores appellant πάθη, ne quid fingam, ridere libebat. Nec quenq̃ in toto illo consessu vidi pilo tristiorẽ, quũ totis eloquentiæ viribus exaggeraret indignos innocẽtissimi Christi cruciatus. Rursum nec tãtulo hilariorem quenq̃, quũ totus in hoc esset, vt mortem illam redderet nobis triũphalẽ, plausibilem & glorioſam. Cõmemorabat Decios & Q. Curtiũ, qui se pro salute reipub. dijs manibus

deuouissent. Item Cecropen, Menœcium, Iphigeniam, & alios aliquot, quibus patriæ salus ac dignitas, ipsa vita fuisset charior. Deplorabat autẽ valde lugubriter, quòd fortibus viris qui suis periculis reip. subueniissent, publicis decretis relata esset gratia, alijs in foro posita statua aurea, alijs decretis honoribus diuinis: Christum pro suis benefactis ab ingrata Iudæorũ gente præmij loco tulisse crucẽ, dira passum, summaq; affectum ignominia. Atque ita nobis bonum illum & innocentem virum déque gente sua optime meritum reddebat miserandum, quasi Socratis aut Phocyonis mortẽ deploraret, qui quum nihil admisissent sceleris, ciuium suorum ingratitudine coacti sunt cicutã bibere: aut Epaminondæ qui ob res præclare gestas cõpulsus est capitis causam apud suos dicere: aut Scipionis, qui post tot in remp. merita exulatum abijt: aut Aristidis, quem populus Athenienſium non ferens cognominis inuidiam, quòd ob insignem morum integritatem vulgo iustus diceretur, ostraciſmo iussit in exilium proficiſci. Quæso quid his dici potuit frigidius aut ineptius? Et tamen Ciceronem pro viribus æmulatus est. Cæterum de arcano supremi numinis cõsilio, quod hac inaudita ratione voluit genus humanũ à diaboli tyrannide redimere per mortẽ vnici filij, tum de mysterijs, quid sit cõmori Christo, quid sit cum illo sepeliri, quid cum illo resurgere, nulla mentio. Deplorabatur illius innocentia, tra-

ducebatur Iudæorũ ingratitudo:at non deplo rabatur noſtra malitia,noſtra ingratitudo,qui ſic redempti,tot beneficijs affecti,ad tantã felicitatẽ inaudita benignitate prouocati,rurſus illum,quod in nobis eſt,crucifigimus,vltro re uoluti in ſatanæ tyrannidẽ,ſeruiẽtes auaritię, luxui,voluptatibus,ambitioni,magis huic mũ do dediti quàm vnquã fuerint ethnici,quibus deus nondũ aperuerat hanc cæleſtem philoſo phiam.Iam in diuerſa parte quum ille magno conatu id ageret,vt gaudio geſtiremus,magis libebat fiere: quum audirem, Scipionis,Pauli Æmilij,& C.Cæſaris triumphos,& imperato res in deorum numerum relatos, cum crucis triumpho conferri.Huius gloriã qui voluiſſet verbis attollere,Paulum apoſtolum potius ſibi proponere debebat quàm Ciceronem.Quàm ille in hoc argumẽto,exultat,attollitur,ſuper bit,regnat,triumphat, omnia mundana velut è ſublimi deſpiciens, quoties in crucis prædi cationem incidit.Quid multis? Tam Romane dixit Romanus ille,vt nihil audirem de mor te Chriſti.Et tamen ille Ciceronianæ dictionis ambitioſiſſimus cãdidatus,Ciceronianis vide batur mirifice dixiſſe, quum de re penè nihil diceret,quàm nec intelligere,nec amare vide batur,neq; quicquã appoſite dicebat,nec vllos mouerat affectus.Tantum hoc laudis ferebat, quòd Romane pronuntiaſſet,& aliquid Cice ronis retuliſſet. Probari poterat hoc velut in dolis ingenijq; ſpecimen,ſi à puero apud pue

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ros in ſchola fuiſſet habita talis oratio. Verum ad talem diem, ad tales auditores, ad tale argumentum quid faciebat obſecro? NOS. Eſt ἀνώνυμος de quo loqueris? BVL. Nomen, vt dictum eſt, intelligi malo quàm exprimi. Neq; enim nobis hic propoſitum eſt vllius nomen aſpergere, ſed errorem vitandum oſtendimus, qui non paucis hodie ſub ſplendidi nominis vmbra imponit. Hoc noſtra refert Noſopone, nomen hominis, de quo narraui fabulam, ſcire nihil refert. Pertinet autem hoc & ad Ciceronis gloriam, cui video te ſupra modum fauere, cui quotquot vſquã terrarum ſunt eruditi merito fauent. Nam iſti ſimij non ſolum officiunt adoleſcentiæ ſtudijs ac moribus, verum etiam ipſum Ciceronis nomẽ obſcurãt, cuius cognomine ſeſe venditant, quum nihil ſint minus, quàm Ciceroniani. Quemadmodũ eximiæ pietatis virum Benedictũ infamant, qui ſe cultu tituloq; iactant Benedictinos, etiã illi qui vita propius ad Sardanapalũ accedũt, quàm ad Benedictum: & minime malitioſum hominem Franciſcũ, qui ſe huius cognomine iactitant, quũ moribus Phariſæos propius exprimant quàm Franciſcum: & Auguſtinũ, qui ſe ferunt Auguſtinenſes, quum à doctrina ſimul ac pietate tanti viri procul abhorreãt: fortaſſe & Chriſtum, qui præter titulum nihil habent illius: ita Ciceronis famę labem aſpergũt, qui nihil habent in ore, præter Ciceronem & Ciceronianos, quũ nulli magis abſint ab elo-

quentia Ciceronis. Mirum quo supercilio Thomæ, Scoti, Durandi similiũq; barbariem execrentur: & tamen si res vocetur ad exactũ iudicium, illi quũ se nec eloquentes, nec Ciceronianos iactitẽt, magis Ciceroniani sunt, quàm isti qui postulãt haberi non iam Ciceroniani, sed ipsi Cicerones. NOS. Monstri simile narras. BVL. Non est mõstrosa veritas: qui mentitur, monstri simile dicit. Nónne fateris Ciceroni simillimum, qui de quacũq; re dicit optime? NOS. Fateor. BVL. Ad bene dicendum duæ potissimũ res conducũt, vt penitus cognitum habeas, de quo dicendũ est: deinde vt pectus & affectus suppeditet orationem. NOS. Ista quidem docẽt Horatius & Fabius, & alioqui citra authorẽ verissima sunt: quare nõ conabor inficias ire. BVL. Vnde igitur Ciceroniani nomẽ feret, hoc est, optime dicentis, qui de rebus loquitur, quas nec penitus intelligit, nec affectu pectoris prosequitur, vt ne dicam, quas planè negligit oditq;. HYP. Id quidem perdifficile est. Qui possit enim pictor, quanuis probus artifex, effingere figuram hominis, quem nunquam attente contemplatus est, aut fortasse ne vidit quidem? Deinde vix impetres ab hoc artificum genere vt scite rem exprimant, nisi delectentur argumento. BVL. Illud igitur in primis curandũ erat Ciceronianis, vt intelligãt mysteria Christianæ religionis, nec minore studio libros sacros euoluant, quàm Cicero Philosophorũ, Poetarum, Iuris-

peritorum, Augurum & Historicorũ euolue-
rat. His rebus instructus ille, fuit Cicero. Nos
qui nostræ professionis, nec leges, nec prophe
tas, nec historias, nec interpretes attingimus,
cõtemnimus etiam & horremus, qui tandem
erimus Ciceroniani? Verum age, dicendũ est
apud Christianos, sed de re prophana, puta de
creãdo magistratu, de matrimonio, aut de pan
gendo fœdere, aut de bello suscipiendo: an his
de rebus Christiani apud Christianos eodem
modo dicemus, quo Cicero ethnicus loqueba
tur apud ethnicos? An non omnes vitę nostrę
actiones conferendæ sunt ad Christi regulas?
à quibus si tua recedat oratio, iam nec bonus
orator, nec vir fueris bonus. Quòd si is qui
dicit nullum verbum promit, nisi ex indice
suo: quum res mortalium in diuersum com-
mutatæ, nouas voces inuexerint, quid hic fa-
ciet Ciceronianus, quum eas nõ reperiet, nec
in M. Tullij libris, nec in suo elencho? Si reij-
cietur quicquid non deprehenditur in libris il
lius, quũ tam multi inciderint, vide quàm mul
tavitabimus vt barbara, quæ sunt à Cicerone
prodita. Rursus quàm multa, quib⁹ erat vsu-
rus. si de rebus huiusmodi dicendum fuisset.
Nusq̃ apud Ciceronem legimus, Iesu Christi,
verbi dei, spiritus sancti, aut trinitatis vocabu
lum, nec Euangelium, nec Euangelistam, nec
Mosen, nec prophetam, nec Pentateuchum,
nec Psalmos, nec Episcopũ, nec Archiepisco-
pum, nec diaconũ, nec hypodiaconũ, nec aco-

luthum,nec exorciſtam,nec eccleſiam, nec fi-
dem,ſpem & charitatem,nec trium perſona-
rum eandem eſſentiam,nec hæreſim,nec ſym
bolum,nec ſeptem Eccleſiæ ſacramẽta,nec ba
ptiſmum aut baptiſtam,nec confirmationem,
nec euchariſtiam, nec ſacram vnctionem,nec
pœnitentiam,nec ſacramentalem confeſſionẽ,
nec contritionem,nec abſolutionẽ,nec excom
municationem,nec eccleſiaſticam ſepulturam,
nec miſſam,nec alia innumera,quibus conſtat
omnis vita Chriſtianorum. Hæc nuſquã non
ſunt obuia,quacunq; de re tentas dicere,inge
runt ſeſe vel nolenti. Quid faciet? quò ſe ver-
tet hic ille ſuperſtitioſe Ciceronianus? An pro
patre Chriſti dicet, Iuppiter opt. Max.pro fi-
lio dicet Apollinem,aut Æſculapium:pro vir-
ginum regina dicet Dianam, pro eccleſia ſa-
cram concionem,aut ciuitatem aut remp.pro
ethnico perduellem, pro hæreſi factionẽ,pro
ſchiſmate ſeditionẽ,pro fide Chriſtiana,Chri-
ſtianam perſuaſionem:pro excommunicatio-
ne proſcriptionem,pro excommunicare,diris
deuouere,aut, quod nonnullis magis arridet,
aqua & igni interdicere:pro apoſtolis legatos,
aut veredarios:pro Romano Põtifice flaminẽ
dialẽ:pro cõſeſſu Card.patres cõſcriptos: pro
ſynodo generali S.P.Q.reip.Chriſtianæ: pro
epiſcopis,præſides prouinciarũ:pro electione
epiſcoporũ,comitia:pro ſynodica conſtitutio-
ne,ſenatus cõſultũ:pro ſummo põtifice, ſum-
mũ ciuitatis præfectũ: pro Chriſto capite ec-

cleſiæ, ſummum Reip. præſidem: pro diabolo ſycophantam, pro propheta vatem aut diui-num: pro prophetijs oracula diuûm: pro ba-ptiſmo tinctu ram: pro miſſa victimam, pro ſa-cerdote ſacrificulum, aut ſacrorum antiſtitem: pro diacono miniſtrũ aut curionem: pro gra-tia dei, numinis munificentiam: pro abſolutio-ne manumiſſionem. Vides ex innumera voca bulorum turba quantulam portionem attige rim. Quid hic faciet Ciceronianæ phraſeos cã didatus? Vtrúmne tacebit, an ad hunc modũ immutabit recepta Chriſtianis vocabula? NOS. Quid ni? BVL. Fingamus igitur exem-plum. Hanc ſententiam: Ieſus Chriſtus, verbũ & filius æterni patris, iuxta prophetias venit in mundum, ac factus homo ſponte ſe in mor tem tradidit ac redemit eccleſiam ſuam, offen ſiq; patris iram auertat à nobis, eiq; nos re-reconciliauit, vt per gratiam fidei iuſtificati, & à tyrannide liberati, inſeramur eccleſiæ, & in eccleſiæ communione perſeuerantes, poſt hãc vitam conſequamur regnum cælorum: ſic ef-feret Ciceronianus, Optimi Maximiq; Iouis interpres ac filius, ſeruator, rex, iuxta vatum reſpõſa, ex olympo deuolauit in terras, & ho-minis aſſumpta figura ſeſe pro ſalute Reipu. ſponte deuouit dijs manibus, atq; ita concio-nem ſiue ciuitatem ſiue Remp. ſuam aſſeruit *in* libertatem, ac Iouis optimi Maximi, vibra-tum in noſtra capita fulmen reſtinxit, noſq; cum illo redegit in gratiã, vt perſuaſionis mu

nificentia ad innocentiam reparati : & à ſy-
cophantę dominatu manumiſſi cooptemur in
ciuitatem,& in Reipublicæ ſocietate perſeue-
rantes, quum fata nos euocarint ex hac vita,
in diuûm cõſortio rerum ſumma potiamur.
NOS. Ludis tu quidem Bulephore. BVL. Ita
me bene amet noſtra πειθώ, rem ſeriam ago.
Iam ſi vſus venerit, vt de difficillimis dogma-
tum noſtrorum quæſtionibus ſit diſſerendum
quãtum lucis habebit diſputatio, ſi talibus flo
ſculis ornatꝰ incedat ſermo? Quid aliud quàm
fumum ingeram materiæ tenebris? Quoties
ad has ſalebras reſtitabit lector? Sed age liceat
hactenus ludere Ciceronis imagine, quid fiet,
vbi res poſcet diuinarum ſcripturarum teſti-
monia? An quum erit citãdum aliquid ex de-
calogi præceptis tantum aſſcribam, recita le-
gem? Quum pronuntiandum erit conſtitutio
ſynodi, aſſcribam, recita ſenatus conſultum?
Quum erit aliquid promendum ex prophetis
aut apoſtolis aſſcribere ſat erit, recita teſtimo-
nium. Sic enim omnino ſolet Cicero, Itaqꝫ vi-
tabo, ne dictionem Ciceronianam verbis nõ
Ciceronianis contaminem? NOS. Quid igi-
tur? Num author eris nobis ſic loquendi, quẽ-
admodũ ſcripſerũt Thomas & Scotus? BVL.
Si melius dicit qui dicit aptius, ſic de rebus ſa
cris loqui præſtiterat q̃ in his Ciceronẽ expri
mere. Quanquam eſt medium quiddam inter
Scotos, & Ciceronis ſimias. Nec ſtatim male
Latinum eſt, quod Apud Ciceronem non ex-

tat,qui vt sæpe iam dictum est, nec extat totus,& si totus extaret,nõ tractauit omnes materias, & si tractasset omnes illorũ tẽporum, nostras res nec tractauit,nec nouit. Postremo quod ad sermonis proprietatem & elegantiã attinet, nec Ciceroni cedit M. Varro, & hac dote præfertur C. Cæsar. Neq; enim M. Tullius fuit author ac parens Romani sermonis, sed orator maximus,& in causarum ciuilium actionibus primę laudis:in alijs inferior nonnullis,in carmine frigidus,in vertendis Græcis parum felix, qualis futurus in cæteris incertum. Si mihi de matrimonio dicẽdum sit, cuius multo alia nunc est ratio quàm fuit olim & de quo M. Tullius nihil memorię prodidit,num verebor ex Aristotele, Xenophonte,Plutarcho, è diuinis libris, è Tertulliano, Hieronymo,& Augustino sentẽtias ac verba legere,ne cui videar parũ Ciceronianus? Item si de re rustica præcipiendum fuerit, fas non erit ex Virgilio,Catone,Varrone,Columella decerpere quæ placẽt? Si barbarum habetur, quicquid est nouum & recens natum , nulla vox non fuit aliquando barbara. Quâm multa reperies apud ipsum Ciceronẽ noua, præsertim in his libris in quibus tractat artẽ rhetoricam, aut rem philosophicam. Quis ante Ciceronem audiuit beatitatem & beatitudinem ? Quid apud Latinos sonat finis bonorum,quum apud illum significet suumum bonum,aut id in quo quis statuit summam feli-

citatem? Quid nobis ſonat viſum & viſio, ſpe cies, præpoſitũ & reiectum? Quid latinis au- ribus ſonat, occupatio, quid contentio, quid ſu perlatio, quid complexio, quid traductio, quid frequentatio, licentia, gradatio: quid ſtatus & conſtitutio, quid iudicatio, quid continens, quid firmamentum, quid demonſtratiuum ge nus, quid inductio, quid propoſitum, quid ag greſſio, quid inſinuatio, quid acclamatio, quid aliæ voces innumeræ, quas aut prius Latinis inauditas auſus eſt fingere, aut in eam ſignifi- cationem detorſit, quam populus Romanus non agnoſcebat. Hoc ille reclamante ſeculo non eſt veritus facere, quum philoſophorum Græcorũ dogmata Latinis auribus traderet, & vt, quod erat in præceptis rhetorum pecu- liaribus vocabulis in hoc proprie repertis ex- planaret, nonnullas peregrinas voces ciuitate Romana donauit. Et nos piaculum admiſſum credimus, ſi rebus nouatis vocibus aliquot no uis vtamur? Nulla eſt ars humana, cui nõ con cedimus ius vtendi ſuis vocabulis: licet gram maticis dicere, ſupinum & gerundium: mathe maticis ſeſquialteram, & ſuperbipatiẽtem: ha- bent agricolę & fabri propria ſuarum artium vocabula. & nos cęlum terræ miſcemus, ſi no ſtræ religionis myſteria ſuis verbis explice- mus? Voces aliquot Hebraicæ, complures Grę canicæ (quoniam è Palæſtina, Aſia minore & Græcia, primũ ad nos demanauit Chriſtiana philoſophia) vnà cũ ipſis rebus inuectę ſunt,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quod genus sunt, osanna, amẽ, ecclesia, aposto-
lus, episcopus, catholicus, orthodoxus, hæreti-
cus, schisma, charisma, dogma, chrisma, Chri-
stus, baptizo, paracletus, euangeliũ, euãgeliza-
re, euangelista, proselytus, catechumenus, ex-
orcismus, eucharistia, symbolũ, anathema. Nõ-
nullas prisci Christianæ religionis antistites
vsurparũt, quo cõmodius possent de rebus tã
sublimib⁹ differere, cuiusmodi sũt ὁμούσιον,
quod nos cõsubstantialis vertimus, fides, gra-
tia, mediator, & si qua sunt alia, quæ ante hac
vel inaudita Latinis erant, vel nõ in eundem
sensum vsurpata. Num igitur tanti nobis erit
dici Ciceronianum, vt de rebus, de quibus so-
lis erat loquendum, prorsus sileamus: aut pro
verbis vel ab apostolis traditis, vel à maiorib⁹
repertis, & in hunc vsq; diem tot seculorũ cõ-
sensu receptis, abstinebimus, alia quædã in il-
lorum locũ pro suo quisq; arbitrio cõminiscẽ-
tes? Imò mel, piper, & sinapi cũ suæ nationis
vocabulis receperunt primũ Græci, mox La-
tini: & nos fastidimus aliquot dictiones quæ
nobis cum illa cælesti philosophia per Chri-
stum, per apostolos, per afflatos sacro spiritu
patres, per manus traditæ sunt, atque interim
ad Ciceronem confugimus, inde mutuo sum-
pturi voces, videlicet ἐν τῇ φακῇ μύρον, quod
apud Græcos: dici solet? Si quis nobiscũ sum-
mo iure contendat, citius diceret Ciceronis
verbis, figuris ac numeris, Christianæ philoso-
phiæ maiestatem fœdari. Verum istis non as-

sentior : mihi placet in quauis materia nitor ac mundicies oratonis. At non ille dicit Ciceroniane, qui Christianus apud Christianos de re Christiana sic loquitur, quemadmodũ olim ethnicus apud ethnicos de rebus prophanis loquutus est Cicero, sed quẽadmodum ille eo præditus ingenio quo tũ erat, eo dicendi vsu, ea rerum nostrarũ cognitione, qua tum prophanarũ erat instructus, postremo sic inflammatus studio pietatis erga remp. Christianã, quemadmodum tum vel gloria vel studio flagrabat in vrbem Romanam & in maiestatẽ Romani nominis, dicturus esset hodie Christianus apud Christianos si viueret. Hoc qui præstare valet prodeat, & æquis animis feremus illum dici Ciceronianũ, si tantopere ducitur huius amore cognominis. Ipse M. Tullius si viueret hoc rerum statu, dei patris nomen nõ iudicaret minus elegans, q̃ Iouis opt. Max. Nec minus décoris putaret accedere di ctioni, si subinde repeteret Iesum Christũ, q̃ si Romulum, aut Scipionem Africanum, aut Q. Curtium, aut M. Deciũ. Nec minus splendidũ existimaret ecclesiæ Catholicæ nomen q̃ patrum conscriptorum, quàm Quiritium, q̃ senatus populiq̃ Romani. Diceret nobiscũ, fidem in Christũ, diceret infideles, qui à Christo sunt alieni, diceret paracletum spiritum, diceret sanctam trinitatẽ. Quod dico, probabilibus argumẽtis colligi potest. Num illũ deterruit elegantiæ studium, quo minus in Phi-

lippicis dum præit formulam ſenatus conſulti, vtatur verbis ſolẽnibus magis q̃ Latinis? An non in Topicis vtitur verbis iureconſulorum longe alienis à phraſi rhetorica? An ille faſtidiſſet verba noſtræ philoſophiæ peculiaria? NOS. Mihi quidem videris ſatis feliciter declamare. BVL. Ad hæc, nónne gratia ſermonis bona ex parte pendet ex condituris & alluſionibus? At M. Tullius vnde ſumit hęc condimẽta? Nónne ex Homero, Euripide, Sophocle, Ennio, Lucilio, Accio, Pacuuio, Neuio: tum ex philoſophorũ & hiſtoricorum libris? NOS. Nimirũ ſine his ornamẽtis ſordida ac *triuialis* eſt oratio. Hæc ceu gẽmæ floſculi've intertexta, reddũt admirandũ quod ſcribitur. BVL. Quid ſi nos eadẽ petamus ex Virgilio, Flaccco, Ouidio, Seneca, Lucano, Martiale, nũ hac parte diſſimiles erimus Ciceronis? NOS. Iſthuc cõcedunt, licet ægre. Habet enim apud Ciceronem neſcio quid maieſtatis antiquitas eorum quorum dicta refert. BVL. Qui fit igitur vt nos exiſtimemus totam orationem cõſpurcatam, ſi condimenta, quæ Cicero petebat ethnicus ab ethnicis, nos ex antiquiſſimis prophetis, Moſe, Pſalmis, Euangelicis & Apoſtolicis literis petamus? Admirandam quandam gemmam appoſitã exiſtimamus, ſi quod Socratis dictum admiſcuerimus orationi: & maculam acceſſiſſe credimus, ſi quid admixtum erit è prouerbijs Solomonis? An præ Socrate nobis putet Solomon? Si quid ex

Pindari, Flacci've dictis fuerit interiectũ splẽdet oratio: & sordescit, si quid è sacris psalmis apte fuerit attextum? Põdus ac maiestatẽ additam arbitramur orationi, si quam Platonis sententiã inseruerimus, & plurimum gratiæ decessisse videtur, si quã Christi sentẽtiam ex Euangelicis literis addiderimus? Vnde hæc tã præpostera iudicia? An Platonis sapieniã vevehementius admiramur quàm Christi? An libri spirit9 cælestis afflatu prodíti sordent nobis præscriptis Homeri, Euripidis, aut Ennij? Quin missam hic faciamus spiritus sacri mẽtionem, ne videamur diuina cum humanis cõferre. Historia, si fidẽ detrahas, ne nomẽ quidem historiæ meretur. Hic mihi confer, si libet, fabulosum Herodotum cum Mose: cõfer historiam orbis conditi, exitus ab Ægypto cũ Diodori fabulis: confer libros Iudicum & Regum cum Tito Liuio, qui non raro secũ ipse dissidet in rerum gestarũ narratione, tantum abest, vt nusq̃ aberret à vero: confer Platonẽ cum Christo, Socratis ἐιρωνείας, cum Christi cælestib9 oraculis: cõfer psalmos nihil humani spirantes cũ Pindaricis adulationibus: confer Solomonis canticũ cũ Theocriti nænijs, siue personas spectes, siue rem, nihil simile. Habet diuina sapientia suã quandam eloquẽtiam, nec mirum si nonnihil diuersam à Demosthenica seu Ciceroniana, quũ alius cultus deceat summi regis vxorẽ, alius glorioſi militis amicã. Hoc dicturus erã si quis verba cum

verbis, figuras cũ figuris, numeros cũ numeris incipiat cõparare. An dulcius sonat auribꝰ nostris, Thessala tempe, q̃ mons Sion? An iucũdius est auribus nostris, Socrates Sophroniſci filius, q̃ Iesus dei filius deus? Quur magis blanditur auribus nostris Hãnibal Pœnorum imperator, quàm Paulus gentium doctor? Si personas æstimes, ille Romano imperio moliebatur exitium, hic salutiferam philosophiã inuexit. Si voces cõferas, quæso quid interest? HYP. Si verũ fateri volumus, nihil nisi quod apud homines plurimum valet, vel quæ semel occupauit animũ persuasio, vel penitus hausta imaginatio. Hoc accepimus, hoc penitus insedit animis nostris, voces illas esse politas ac splendidas, has inamœnas & barbaras. BVL. Rem acu tetigisti. Sed quę res isthuc persuasit animis nostris? HYP. Nescio. BVL. Res ipsa? HYP. Non opinor. BVL. Vis eloquar, quod vero verius est? HYP. Per me quidẽ impune. BVL. Huiꝰ expecto vocẽ. NOS. Vtere iure quod stipulanti cõcessimus. BVL. At vereor ne parũ videatur Ciceronianũ quod dicturus sum. NOS. Hic nihil refert. BVL. Paganitas est, mihi crede Nosopone, paganitas est, quæ ista persuadet auribꝰ atq; animis nostris: titulo dũtaxat sumus Christiani. Corpus aqua sacra tinctũ est, sed illota mens est: frons cruce signata est, animus crucẽ execratur: Iesum ore profitemur, sed Iouem opt. Max. & Romulum gestamus in pectore. Alioqui si vere,

quod dicimur, essemus, quod tandem sub sole nomẽ oportuit vel cogitationib⁹, vel auribus nostris esse iucundius nomine Iesu, per quem à tantis malis erepti, cuius gratuita benignitate ad tantam dignitatem vocamur, ad ęternam felicitatẽ inuitamur: ad cuius mentionẽ contremiscunt impij spiritus, generis humani plus quàm capitales hostes: ceruices ac genua submittunt æthereæ mentes. Quod tam efficax est, vt ad huius inuocationem fugiant dæmones, cedant immedicabiles morbi, reuiuiscant mortui: tam blandũ & amicũ, vt nulla sit tam acerba calamitas, quin magno solatio leniatur, si Iesum ex animo nomines. Et hoc nomine persuadem⁹ nobis sordidari nitorem orationis, quũ Hannibal & Camill⁹ mera sint orationis lumina? Eijciamus, reuellamus, profligemus ex animo paganitatem hanc, pectus vere Christianum ad lectionem adferamus, & videbimus lucidissimã stellam additã orationi, quoties Iesu Christi nomẽ fuerit insertũ: eximiã accessisse gemmã quoties virginis matris, quoties Pauli Petriq; nomẽ admiscebitur: multum décoris accessisse, quoties ex diuinarũ literarũ adytis, quoties è spirit⁹ sancti lecythis ac myrothecijs, sententiã viderimus interiectã, modo in loco, modo ex animo, multoq; plus dignitatis adiũctum dictioni, q̃ si ex Ennianis aut Actianis scriptis decẽ millia dictorũ, quæ in illis habentur venustissima, fuissent addita.

HYP. Isto sanè pacto vitatur, ne quid hære-

seos insimulent theologi. BVL. Iam si quid est ornatus in tropis ac schematis, id totũ est nobis cum Cicerone cõmune: rerum maiestate, fideq; longe sumus illo superiores. Tantũ de vocibus imponit nobis imaginatio paganica, fallit affectus parum Christianus, ideo putent nobis quæ suapte natura sunt pulcherrima, quia non amamus, vtinam nõ odissemus. Vt enim, iuxta Theocriti sententiam, amanti pulchra sunt & ea quæ pulchra non sunt, ita nihil est odio nõ deforme. Veniam ad allusiones, quas si tollas, scis ipse quantũ Veneris decedat orationi. Quur hic nobis vehementius blanditur, si quis significans aliquem indecenter admixtum alieno gregi, dicat, vidisses corachorũ inter holera, quàm si dicat, vidisses Saulem inter prophetas: aut si significãs quippiã non in loco factum dictúmve, dicat, in lenticula vnguentũ, quàm anulũ aureũ in nare suilla: aut si significans, non fortunæ sed bonæ conscientiæ nitendum esse, dicat, in sacræ ancoræ præsidio spem esse reponendã, quàm si dicat, solidæ petræ innitendum. Aut si quis volens boni viri partes esse, alienis inseruire cõmodis potius quàm vtilitatis proprię rationẽ habere, dicat, nihil minus decet Christianũ hominem, quàm Aspendiũ agere citharœdũ, quàm si dicat ad Pauli dictũ alludẽs, magis esse spectandum quid liceat quàm quid expediat. Hæc si persequi laborem, iusti voluminis res sit: indicasse sat habeo. Quàm inhiamus, quàm stu-

peſcimus ſi quod veterum dæmoniorũ ſimulachrum,aut etiam ſimulachri fragmentũ nacti fuerimus, & Chriſti ac diuorum imagines vix æquis oculis aſpicim⁹.Vt admiramur epigramma, ſeu epitaphium in corroſo ſaxo repertũ:Luciæ coniugi clariſſimæ,ante tempus extinctæ,Marcellus poſuit dijs manib⁹ ſacrũ: ô me infelicem.Quur viuo? In huiuſmodi quũ ſæpenumero non ſolum ſenſus inepti & paganici,verum etiam inſignes reperiantur ſolœciſmi, tamen ea exoſculamur, veneramur ac propemodum adoramus antiquitatem,& apoſtolorum reliquias deridemus. Si quis quid proferat ex duodecim tabulis,quis non iudicet ſacratiſſimo loco dignum?Et leges digito dei tabulis inſcriptas,quis noſtrum veneratur, quis exoſculatur? Quàm habemus in delitijs Herculis,aut Mercurij,aut Fortunæ,aut Victorię, aut Alexandri Magni,Cæſaris've cuiuſlibet ſimulachrũ nomiſmate expreſſum,& veluti ſuperſtitioſos ridemus,qui lignũ crucis,qui triadis ac diuorum imagines inter res charas habent. Si quando Romæ conſpicatus es Ciceronianorũ μουσεῖα,recole quæſo,nunc vbi videris imaginem crucifixi,aut ſacrę triadis aut apoſtolorũ,paganiſmi monumentis plena reperies omnia.Et in tabulis magis capit oculos noſtros Iupiter per impluuium illapſus in gremiũ Danaes,quàm Gabriel ſacræ virgini nuntians cæleſtẽ conceptũ: vehementius delectat raptus ab aquila Ganymedes, quàm Chriſtus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aſcendens in cælum: iucundius morãtur ocu-
los noſtros expreſſa Bacchanalia, Terminaliá-
ve, turpitudinis & obſcœnitatis plena, quàm
Lazarus in vitã reuocatꝰ, aut Chriſtus à Ioan
ne baptizatus. Hęc ſunt myſteria, quæ ſub Ci
ceroniani nominis velo tegũtur. Mihi crede,
per ſpetioſi tituli prætextum inſidiæ tendun-
tur ſimplicibus, & ad fraudem idoneis adole-
ſcentibus. Paganitatẽ profiteri non audemus,
Ciceroniani cognomen obtendimus. At quan
to ſatius eſſet vel mutos eſſe nos, quàm in hũc
affectum venire? NOS. Expectabam vt adiu-
uares conatus noſtros. Cæterũ neſcio quo mo
do dilapſus aliò, labefactas animum meum, ne
pertendã quod aggreſſus ſum. BVL. Iam di
xi & repeto, non retraho animũ tuum à præ-
claris cœptis, ſed ad ea quæ ſunt optima ſurri
go. Neqꝫ enim hæc ideo commemorata ſunt,
quòd arbitrer te talibus affinẽ affectibus: ſed
illud pro mea virili molior, vt feliciter affecte-
mus Ciceronianã eloquentiam, ne ſedulo qui-
dem ſed parum rectis iudicijs id agentes, ni-
hil aliud aſſequamur, quàm vt dum valde ſtu-
demus haberi Ciceroniani, nihil minus ſimus
quàm Ciceroniani, ſi modo perpetuum eſſe pa
teris quod donaſti, Ciceronis eſſe quàm opti-
me dicere: ac ne bene quidem dicere, qui non
dicat apte: tum frigidã ac mortuã eſſe dictio-
nem, quæ non proficiſcatur è pectore. NOS.
Qui fiet igitur, vt reddamur aliquãdo germa-
ne Ciceroniani? Neqꝫ enim grauabor tuum ſe-

qui consiliũ, si quod habes meo rectius. BVL. Hic est quod nobis optare, quod te monere possim, præterea non multum. Ingeniũ ac naturã Ciceronis optare possum nobis, dare nõ possum. Habent singula mortaliũ ingenia suũ quiddam ac genuinum, quæ res tantam habet vim, vt ad hoc aut illud dicendi genus natura cõpositus, frustra nitatur ad diuersum. Nulli enim bene cessit θρομαχία, quemadmodũ Græci solent dicere. NOS. Scio, quod dicis, nõ indiligenter admonere Quintilianũ. BVL. Sit igitur hęc admonitio prima, ne quiuis sese addicat ad exprimendum Ciceronem, cuius genius vehementer abhorreat à genio Ciceronis: alioqui monstri similis euadet, qui quum à sua natiua forma recesserit, alienam tamen non assequatur. Illud igitur in primis inspiciendum est, ad quod dicendi genus te natura finxerit. Etenim si qua fides astrologis, nemo temere fortunatus est in eo, à quo genesis abhorret. Qui Musis natus est, nunquã felix erit in bello. Qui bello natus est, nunquã scribet felicia poemata. Qui cõiugio natus est, nunquã erit bonus monachus. Qui agriculturæ natus est, nunquã huic erit aula prospera: & cõtrá. NOS. Atqui nihil est quod non expugnet labor improbus. Videmus arte humana lapidẽ verti in aquã, plumbũ in argentũ, æs in aurũ, cura plãtas exuere syluestre ingeniũ. Quid vetat quo minꝰ & hominis ingeniũ arte & vsu trãsformetur? BVL. Naturã habi-

lem adiuuat cura, leuiter abhorrentem conci-
liat, & corruptam emendat: at prorsus abhor-
rentem & ad diuersa compositã, frustra vexes
ô Nosopone. Equus discit in gyrum circum-
agi, discit incessum gradarium: at frustra bo-
uem duxeris ad ceroma, frustra canem voca-
ris ad aratrũ, frustra bubalum ad equestre cer
tamẽ. Aqua fortasse vertitur in aerem, aer in
ignem, si quis omnino ignis est elementaris:
sed terra nunquã vertitur in ignem, nec ignis
in aquam. Nec est necesse affectare similitudi-
nem, si cõtingat esse parem, aut certe propin
quum, licet dissimilem. Quid dissimilius quàm
smaragdus & pyropus, & tamen pretio gra-
tiáq; pares sunt. Dissimilis est rosa lilio, diuer-
sus odor, & tamen vterq; flos alterum æquat.
An non sæpe vidisti duas puellas facie dissimi
li, sed ambas ea forma, vt excellẽtia factura sit
ambiguum delectum, si cui detur optio? Nõ
statim melius est, quod ad Ciceronis imaginẽ
propius accedit, quemadmodum antea dicere
cœperamus, nullũ animal omnibus membris
propius ad hominis figuram accedere quàm
simiam, adeo, vt si vox accederet, homo vi-
deri possit: nihil autem homini dissimilius esse
quàm pauum aut cygnum, & tamen cygnus,
opinor, aut pauus esse malles quàm simius.
HYP. Ego vel camelus esse malim aut buba-
lus quàm simiorum formosissimus. BVL. Dic
mihi Nosopone, vtrũ tibi dari malles vocẽ lu
sciniæ an coccycis? NOS. Lusciniæ. BVL. Et

tamen coccyx propius accedit ad vocẽ homi-nis. Vtrum malles cum alaudis canere, an cum coruis crocitari? NOS. Cum alaudis canere. BVL. Et tamen coruorũ vox ſimilior eſt hu-manæ. Vtrũ malles cum aſinis rudere, an cum equis hinnire? NOS. Cum equis hinnire, ſi ad alterutrum adigat fatorum neceſſitas. BVL. Et tamen aſinus veluti conatur humano mo-re loqui. NOS. At opinor meam Mineruam non vſqueadeo auerſam eſſe ab ingenio Cice-ronis. Proinde quod naturę deeſt, abſoluet me-ditatio. Quare fac abſoluas, quod admonendũ exiſtimas. BVL. Recte facis quòd in viam re-uocas, nam aliò dilapſurus erat ſermo meus. Summa eſt, vt quod cupimus, vere faciamus, hoc eſt, totum Ciceronẽ exprimamus, qui nec in verbis, nec in formulis, nec in numeris, nec in ſcriptis totus eſt, imò vix dimidiatus, vt an-tè ſatis declaratũ eſt. NOS. Vbi igitur totus? BVL. Nuſquã niſi in ſeipſo. Quòd ſi totũ vis exprimere Ciceronem, teipſum non potes ex-primere. Si teipſum nõ exprimis, mendax ſpe culum tua fuerit oratio, nihiloq; minus abſur-dum videbitur, quàm ſi coloribus oblita facie te pro Noſopono Petroniũ eſſe ſimules. NOS. Ænigmata loqueris. BVL. Dicã craſſius, in-eptiunt qui ſe torquent in hoc vt Ciceronem iſtis rationibus totũ exprimant, quod fieri nec poteſt, ſi expediat: nec expedit ſi fieri poſſit. Sic autẽ totus exprimi poteſt, ſi virtutes illius nõ eaſdẽ reddere cõtendamus, ſed pares ad il-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lius imitationem exprimere, aut, si licet, etiam vincere. Siquidẽ fieri potest, vt Ciceronianus sit maxime, qui Ciceroni sit dissimillimꝰ, hoc est, qui optime aptissimêq; dicat, quũ diuersa ratione dicat, nimirũ rebus iam in diuersum commutatis, veluti si quis senem pingere velit, quem Apelles pinxerat adolescentem, hoc ipso fuerit Apelli dissimilis, si iam aliũ factũ, velit eodẽ modo pingere. HV. Sphinge dignũ ænigma, vt hoc ipso dissimilis sit aliquis, quo similis est. BVL. An nõ id vsu veniret, si quis eo modo caneret in funere, quo Hermogenes canere solet epithalamia, aut ea gesticulatione causam diceret apud Areopagitas, qua saltare Roscius solet in Theatro? Verũ hactenus licebit affectare Ciceronis similitudinem, si ijsdem vestigijs ad eloquentiæ palmam contendamus, quibus ille peruenit. NOS. Quibus? BVL. Num ad vnius imitationem semet addixit? Nequaq̃, sed ex prȩcipuis quod in quoq; esset aptissimum exprimere studuit. Hic primus erat Demosthenes, nõ solus: nec hũc ita sibi proposuit, vt totũ exprimeret, sed vt congrua seligeret, nec sic vt sequi contentus esset, sed vt delectu quædam prudens vitaret, nonnulla corrigeret: quæ vero probabat sic ȩmularetur, vt præire contenderet. Ad hæc pectoris sui penum affatim expleuit omniũ disciplinarum authorum, veterum ac nouarũ rerum cognitione: suę ciuitatis familias, ritus, Instituta, leges, edicta, plebiscita diligenter ediscebat.

Nec ſolum ſtudioſe verſabatur in adytis philoſophorum,verum etiam in ſeceſſus Muſarũ ſe ſubinde recipiebat ab alijs pronũciationẽ, ab alijs geſtum diſcebat. Hæc qui faciet eadẽ, diſſimillimus euadet M. Tullio,paria qui faciet aut ſimilia, is Ciceroniani cognomen promerebitur. NOS. Dic aliquando dilucidius. BVL. Qui pari ſtudio ſeſe exercebit in cognitione philoſophiæ Chriſtianæ,quo ille ſe exercuit in prophana: qui eo affectu imbibet pſalmos & prophetas,quo ille hauſit poetarum libros:qui tanta vigilantia ſtudebit cognoſcere apoſtolorũ decreta,eccleſiæ ritus,primordia, progreſſum ac deliquium Reip. Chriſtianæ, quanta ille laborauit,vrbis Romanæ,prouinciarum,municipiorum & ſociorũ,iura legéſq; perdiſcere. Tum qui quod his omnib⁹ ſtudijs comparatum eſt,ad res præſentes accommodabit,is poterit aliquo iure Ciceroniani cognomen ambire. NOS. Iſthæc omnia tua non video quorſum pertineant,niſi vt Chriſtiane loquamur,non Ciceroniane. BVL. Quid? num tibi Ciceronian⁹ eſt,qui nec apte dicit,nec intelligit res,de quib⁹ verba facit? NOS. Nequaquam. BVL. At huc pertinent illorum ſtudia, qui nunc Ciceroniani volunt haberi. Id ne nobis vſu veniat diſquirimus. Nec vlla res vetat quo minus idem & Chriſtiane dicat & Ciceroniane, ſi modo fateris eum Ciceronianum, qui dilucide,copioſe,vehementer & appoſite dicat pro rei natura,próq; temporum ac per-

sonarum cõditione. Quidam enim bene dicẽ di facultatẽ non artem esse voluerunt, sed pru dentiam. Et ipse M. Tullius in Partitionibus elegãter definit eloquentiam, copiose loquen tem sapiẽtiam. Nec dubitandũ quin hoc elo quentię genus ipse sectatus sit. Ab hac formu la, deus bone, quantũ absunt isti, qui de rebus tota ratione diuersis, quas ipsas nec intelligũt, nec amant more Ciceronis volunt dicere. Quod autem nobis sordidum ac solœcum vi detur, quicquid à Cicerone dissonat, pernitio sum ac mendax animi nostri somniũ est, pro culà nobis relegandum, si velimus hoc laudis ferre inter Christianos, quod Cicero tulit a pud suos. Scribendi, recte sapere est, & princi pium & fons, ait ille Criticorum acutissimus. Fons igitur eloquentiæ Ciceronianę quis tan dem est? Pectus opulenter instructũ varia re rum omnium cognitione, præsertim earũ, de quib⁹ institueris dicere: pectus artis prẹcepti onibus, tum multo scribẽdi dicendiq; vsu, diu tina meditatione præparatũ: &, quod est toti⁹ negocij caput, pectus amãs ea quæ prædicat, odio prosequẽs, ea quæ vituperat. His omni bus coniunctum oportet esse naturæ iudiciũ, prudentiã & consiliũ, quæ præceptis cõtineri nõ possunt. Hęc vnde te rogo, suppetũt istis, qui nihil legũt præter Ciceronem, qui vnum hunc studẽt Nocturna versare manu, versare diurna? N o s. Atqui nõ inscite dictum est, qui diuti⁹ in sole versati sunt, colorẽ ducere, & qui

diutius in taberna aromataria conſederint,o⸗ dorem loci ſecum ferre quũ diſcedunt. BVL. Mihi vero perplacet iſta ſimilitudo. Tinctură modo cutis ſecum ferunt,& mox euaneſcentẽ aurulam. Hac gloria qui contenti ſunt,deſide⸗ ant quãtum libet in myrothecijs aut roſarijs Ciceronis, apricentur in illius ſole. Ego ma⸗ lim ſi quid eſt bonorum aromatum demittere in ſtomachum, traijcere in venas,vt non ſo⸗ lum vicinos odore leui aſpergã,ſed totus in⸗ caleſcam ipſe,vegetiorq; reddar,vt quoties res poſtulat,prodeat vox quę ſani benéq; paſti ho minis videri queat. Ex intimis enim venis,nõ in cute naſcitur oratio,quæ moratur audito⸗ rem,quæ mouet,& in quemuis habitũ animi rapit. Non hæc eò dico,quòd ex Ciceronis li⸗ bris mediocrem aut pœnitendã rerum cogni tionem colligi exiſtimem,ſed quòd ad paran⸗ dam orationis opulẽtiam in quouis argumen to ſolus non ſufficiat. Quid igitur ſupereſt,ni ſi vt ipſam etiam Ciceronis imitationem ex ipſo diſcamus Cicerone? Sic illum imitemur, quemadmodum ipſe eſt alios imitatus. Si to⸗ tus in vnius lectione deſedit, ſi ſe ad vnius præſcriptum addixit,ſi potiorem habuit ver⸗ borum quàm rerum curam,ſi non niſi nocte concubia ſcripſit, ſi ſe totum menſem in vna torſit epiſtola, ſi quicquam putauit eloquens quod ad res non congrueret,faciamus eadem vt Ciceroniani ſimus. Sin hæc diſſident plu⸗ rimum ab exemplo Ciceronis,illius exemplo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pectus ſupellectile rerũ cognitu neceſſariarũ expleamus, ac prima ſit ſententiarũ cura, deinde verborum, & verba rebus aptemus, non contrâ: nec inter dicendum vſq; oculos à decoro dimoueamus. Ita demum viuida fuerit oratio, ſi in corde naſcatur, nõ in labijs natet. Artis præcepta nõ ignoremus: cõferũt enim plurimum ad inuentionẽ, diſpoſitionem, tractationem argumẽtorum, & vitanda, quæ vel ſuperſunt, vel officiunt cauſæ: ſed quum erit agenda cauſa ſeria, primas teneat conſilium. Quanq; & in fictis cauſis, quæ exercitationis gratia tractantur, conducit veris eſſe ſimillima quæ dicuntur. Cicero ſcripſit animũ Lęlij ſpirare in ſcriptis illius. Stultum eſt autẽ hoc conari, vt alieno ſcribas ſtomacho, desq; operã vt in tuis ſcriptis ſpiret animus M. Tullij. Cõ coquendum eſt, quod varia diutinaq; lectione deuoraris, meditatione traijciendum in venas animi, potius quàm in memoriam aut indicẽ, vt omni pabulorum genere ſaginatũ ingeniũ ex ſeſe gignat orationem, quæ nõ hũc aut illum florẽ, frondẽ, gramenve redoleat: ſed indolem affectusq; pectoris tui, vt qui legit nõ agnoſcat fragmenta è Cicerone decerpta, ſed imaginem mentis omni genere doctrinarum expletæ. Neminem priorum non legerat Cicero: quid quiſq; probandũ aut reprehendendum haberet, diligenter expẽderat. At neminem illorũ proprie agnoſcas in Cicerone, ſed vim mẽtis ex omniũ ſententijs vegetatę. Si te

parum mouet exemplũ amasij tui, cõtemplemur exempla naturæ. Apes num ex vno frutice colligunt mellificij materiã? An potius ad omnes florum, herbarũ, fruticũ species mira sedulitate circumuolant, frequenter è longinquo petentes quod condant in aluearia? Nec statim mel est quod adferunt, fingũt ore visceribúsq; suis liquorem: ac in ipsas transformatum rursus ex sese gignunt, in quo nõ agnoscas, nec floris, nec fruticis delibati saporem, odorémve, sed apiculæ fœtũ ex omnib⁹ illis temperatũ. Iam nec ijsdem frondibus pascũtur capellæ, quo lac illis modo cognatum reddant, sed omni frondium genere saginantur. Itaq; non succũ herbarũ, sed lac ex illis transformatũ referunt. NOS. Refert tamen, vnde mellis succũ colligat apis, aut qua fronde saticntur capellæ. Siquidem ex taxo toxica mella conficiunt, nec idem erit sapor lactis è capella quernis frondib⁹ & salignis pastæ. Veniamus ad artifices. Qui laudem præclaram ambiunt in arte statuaria graphicáve, num ad vni⁹ tãtum manus æmulationẽ addicũt sese? An potius quod in quoq; delectat, id arripiũt ad artis absolutionẽ, sic imitantes vt conentur si queant anteire. Quid architectus parans insignem aliquam domũ absoluere, num ex vnis ædibus sumit omnia? Nõ opinor, sed cũ iudicio deligit è plurimis, quod cõspexerit esse felix. Alioqui nihil egregiæ laudis videbitur assequutus, si spectator agnoscat hoc aut illud

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ædificiũ imitatione redditũ esse. Et tamen hic tolerabilius sit seruisse exemplari q̃ in oratione. Quæ ratio est igitur, nos tanta superstitione vni Ciceroni addictos esse? Bis autẽ peccant qui nõ solum assident vni prescripto, verumetiam nullis artis rhetoricę preceptionibus instructi, nec alium legunt quàm Ciceronem, nec aliud quàm legunt. Quid enim confert oculos in Ciceronem habere fixos, nisi admoueas artifices oculos? Quid enim mihi profuerit graphices ignaro, si totos dies spectem Appellis aut Zeusidis tabulas? Verum vbi dideris recte dicẽdi præcepta, vbi deinde peritus quispiam artifex indicarit tibi in aliquot Ciceronis orationib9, in quibus plurimum artis expressit, colorẽ & statum, tum propositiones feliciter inuentas: tum harũ ordinẽ partitionẽ, tractationem, locupletationẽ, absolutionem, totius orationis in proœmio semina, tũ coagmentationem singularum partium: Ad hæc consilium iudiciumq̃, quod animaduerti potest, arte præcipi non potest: Item prudentiã oratoris, quid quo loco posuerit, quid quare omiserit, quid in quẽ locũ distulerit: Tum quibus rationibus tractet affectus vtriusq̃ generis: Postremo lucem, copiam, ornatũ sermonis, tum mira perspicies in Cicerone, quę nõ perspicit sedulus ille cõtẽplator. Non enĩ imitatur artẽ qui nõ intelligit, nec ĩtelligit nisi artifex. Arte cõfectũ opus interdũ nõnulla voluptate delinit & eos, qui artis sunt imperiti,

sed quantulum est quod ille videt? NOS. Et artē vnde petes rectius q̄ à Cicerone? BVL. Fateor, nemo tradidit felicius, nemo vsus est absoluti⁹, sed tamē accuratius prę̄cepit Quintilianus, atq̄ etiā copiosius, qui non præcepta modo proponit, verū etiam elemēta, progressum, rationem, vsum, exercitationē ponit ob oculos, non pauca adijciens, quæ M. Tullius vel prætermisit, vel obiter attigit. Quòd gen⁹ sunt de ratione concitandorū affectuū, de generibus & vsu sententiarū, de modis amplificandi, de inuentione propositionū, de partiēdis ijsdem ac digerendis, de transmigratione & concursu statuū, de modo legendi, imitādi, scribendi. Verū præceptiones vt ignorari non oportet, ita nō conducit in his cōsenescere, quorum anxia obseruatio facit vt peius dicamus quum in hoc reperta sit artis ratio vt bene dicamus. Index ille peritus, multo plus contulerit, q̄ præceptiones. Id conati sunt nōnulli tum apud Græcos, tum apud Latinos, sed, mea sententia, non admodū feliciter. Cauendum est igitur ô Nosopone, ne, quod isti faciunt, vix degustatis præceptionibus, tantū assiduitate, legendi Ciceronē, confidamus nos fore Ciceronianos. Nam hi si quid assequuntur Ciceronis, prę̄ter summam cutem, vmbrā & auram modo quandam nihil assequuntur. NOS. Tales esse permultos haud inficior Bulephore, nec mihi placuit vnq̄ illorum ratio. BVL. Nec tua causa hęc moneo, mihi & Hy-

pologo canitur hæc cãtio,nunc & illud æquis iudicijs expendamus vir amiciſſime: Primum an deceat nos,deinde num operæpreciũ ſit tãtis vigilijs emere Ciceroniani cognominis honorẽ? NOS. Nihil honeſtius. Quod autẽ honeſtũ,idem non poteſt non eſſe decorũ. BVL. Vt de decoro diſquiramus.Fateris opinor M. Tullij dictionẽ non placiturã fuiſſe ſeculo Catonis cẽſorij,quippe comptiorẽ magisq; laſciuientẽ quàm illius ætatis moribꝰ cõueniebat. Frugalis erat vita,frugalis erat oratio.Quin & ea ætate qua viuebat Cicero,non deerant viri priſcã illam ſeueritatẽ adhuc ſpirantes,veluti Cato Vticẽſis,& Brutus,& Aſinius Pollio,qui ſeuerius quiddã,minus theatricũ,magisq; maſculũ requirerẽt in Ciceronis eloquẽtia,& tamen illis tẽporibus eloquẽtia florebat,vt quũ maxime,tum in populari cõuentu,tum in cõfeſſione patrum,tum in iudicijs,adeo vt ornamenta iucunditasq; dictionis & expectaretur & exigeretur à iudicibus.Quod igitur parum virile ducebatur in Cicerone,num putas decorum videri Chriſtianis,quorũ omnis vita magis ſpectat ad bene viuendũ, quàm ad ornate compteq; dicendum:à quorum moribus oportet plurimum abeſſe,quicquid ad fucos & ſcenicam delectationem accedit? Sed fac eſſe decorum,Quos fructus ſperas tantis pares ſudoribus?Finis totius huius ſtudij eſt,perſuadere. At quanto hic erat potentior Phocion quàm Demoſthenes,Ariſtides quàm Themiſtocles,

quanto efficacior Cato quàm Cicero, qui reos nonnunq̃ grauabat ſuo patrocinio, accuſatione ſubleuabat. Nihil hic moror illa magnifice ſanè dicta. Pulchrius eſt eſſe Phidiam, q̃ ſcriniarium aut coquũ, quum horum opera magis neceſſaria ſint reip. quàm ſigna Phidiæ. Pictorum ac ſtatuariorum ars delectandis oculis reperta eſt, id vbi præſtitit, abſoluit munus. Eloquentia quæ nihil aliud quàm delectat, nõ eſt eloquẽtia, nimirum in aliud reperta, quod niſi præſtat, nec decora videri debet bono viro. Verum vt olim fuerit vtilis eloquentia Ciceronis, hodie quis eſt illius vſus? An in iudicijs? Ibi res agitur articulis ac formulis, per procuratores & aduocatos, quiduis potius quàm Ciceronianos apud iudices, apud quos barbarus eſſet Cicero. Neque multo maior vſus in concilijs, vbi ſinguli paucis aperiunt quod videtur. idq̃ Gallice, aut Germanice, Maxime vero res hodie per conſilium, quod arcanum vocant conficiũtur: ad id vix tres homines adhibentur, illiterati ferè: reliquis licet conſultare. Iam etiam ſi res agerentur hodie Latine, quis ferret Ciceronem ea perorãtem quæ dixit in Verrem, in Catilinam, in Clodium, in Vatinium teſtem? Quis ſenatus tam otioſus, tam patiens, vt perpeſſurus ſit orationes quas dixit in Antonium, quum in his tamẽ ſenilior ſit, minus redũdans, minus exultans eloquentia? Itaq̃ cui tandẽ vſui paramꝰ hãc operoſam Ciceronis eloquentiã? Num cõcionibus? Vul-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gus Ciceronis linguam non intelligit: & apud populum nihil agitur de rep. Sacris vero concionibus minime cõgruit hoc dicendi genus. Quis igitur supereſt vſus, niſi forte in legationibus, quæ Romæ præſertim Latine peragũtur, ex more magis quàm ex animo, & magnificentiæ cauſa potius quàm vtilitatis gratia. In his enim ferè nihil agitur rei ſeriæ, in laudib⁹ eius ad quem mitteris, in teſtificatione beneuolentiæ illius à quo mitteris, & in locis quibuſdam vulgarib⁹ cõſumitur omnis oratio. Quid multis? Totũ hoc eius generis eſt, vt rem magnam præſtiteris, ſi ſpeciem adulationis vitaris, quum ipſam adulationem non liceat. Frigidius etiam eſt, quod huic ex more reſpondetur, interdum non ſine graui tædio prolixæ dictionis, nonnunquã & pudore illius qui laudatur immodice: ſæpe dicentis nõ pudore tantum, ſed & periculo, dum ſudat recitans quæ edidicit, dum hæret, dũ ſibi aliquoties excidit, vel obliuione, vel animi perturbatione. Quid autem admirationis habeant tales orationes, quum ferè qui recitat, ab rhetore quopiã elaboratam edidicerit, vt ad oratorẽ noſtrũ nihil redeat laudis præter recitandi fortitudinem. Hic itaq; præter ſalutationis officiũ nihil agitur, quod eſt ſeriũ, priuatim literis & Gallicis colloquijs peragitur. Quod igitur theatrum petet noſter Ciceronianus? Scribet epiſtolas Ciceronianas. Ad quos? Ad eruditos. Pauciſſimi ſunt, & hi nihil morantur Ciceronianam

phraſim,modo ſit ſana,prudens,munda, do-
ctaq́ oratio.Ad quos igitur? Ad quatuor Ita-
los qui ſe nuper iactare cœperunt Ciceronia-
nos,quũ vt oſtenſum eſt,nihil ſit Ciceroni diſ-
ſimilius:vixq́ tenuem vmbram habeant Cice
ronis.Quod ipſum quicquid eſt,ſi minimo cõ
ſtaret,ſi præſto eſſet vltro,ſi non officeret ma
ioribus cõmodis,fortaſſe non eſſet reijciendũ.
Nunc fac rationem tecum ineas,num hoc lau
dis ſit tot vigilijs,tot ſudoribus redimendum,
nõ ſine periculo valetudinis,vt à quatuor in-
eptis Italis adoleſcentibus recipiaris in catalo
gum Ciceronianorũ. NOS.Non probas bene
dicendi ſtudium? BVL. M.Tullius non requi
rit à philoſopho eloquentiã.An quẽquã exiſti
mas inter ethnicos philoſophos tam ſeuerũ,
vt putes cuiuis Chriſtiano præferendũ? HYP.
Imò tota Græcorũ philoſophia præ philoſo-
phia Chriſti ſomniũ eſt ac nugamentũ. BVL.
Qua igitur fronte nos exigimus â Chriſtiano
Ciceronianam eloquentiam,hoc eſt & inimita
bilem, & quam ethnici viro graui vix decorã
exiſtimarunt?Nec ſtatim male dicit,qui ſecus
dicit quàm Cicero dixit.Nec bene dicit qui nõ
dicit apte. Ad hæc inutilis eſt armatura, quæ
quum tantum ad oſtentationem valeat,nec ad
manum eſt,vbi res virum poſtulat.Interdum
res vrget,vt eodem die viginti ſcribamus epi-
ſtolas.Quid hic faciet meus Ciceronianus?Ad
hæc quotus quiſque nunc eſt,qui Ciceroniana
phraſi capiatur? Quid quod Cicero varius eſt

in dicendo? Alius est, quum sermone remisso placidoq; docet philosophiam, alius in actionibus causarũ, alius in epistolis, in quibus ferè neglectus est & illaboratus sermo, atq; hoc ipsum decet epistolã, quæ in familiaris colloquij vicem successit. An non igitur præpostere fecerit, qui ea cura conscribat epistolam de re familiari, qua Cicero meditatus est orationẽ pro Milone? Et nos epistolæ non longæ de rebus non ita magni momenti dabimus operã mens truam? Ne M. quidem Tullius tanti redempturus erat eloquentiam quam præstat in causis, si tot vigilijs constitisset, quanti nobis constat epistola, quum illis temporibus tantus esset in rep. vsus eloquentiæ, quum hoc studiũ publice priuatimq; floreret, quum longe parabilior esset ea facultas. Iure risus est quidã qui multis diebus se torserat, nec adhuc potuerat orationis exordium inuenire, quòd affectaret melius dicere quàm posset. Est in Cicerone felix quædam facilitas, naturæ donum: est natiua perspicuitas. Hoc si nobis natura negauit, quur nos ipsos frustra discruciamus? Quanto vero longius absunt à sana mente, qui temporibus alienis, qui rerum humanarum tota inuersa scena, quum vix vsquã sit Ciceronianæ dictionis vsus, hoc vno studio sese macerant, vt videãtur Ciceroniani, nec quicquã aliud quàm Ciceroniani. NOS. Belle tu quidem rhetoricaris, verum hunc affectum non possum excutere, adeo penitus insedit animo meo. BVL.

A mediocri æmulandi ſtudio te non reuoco, modo quà eſt optimus, hac æmuleris, modo æmuleris potius quàm ſequaris, modo ſtudeas æqualis eſſe verius quàm ſimilis, modo ne pugnes aduerſus genium tuũ, modo ne ſic affectes congruere Ciceroni tuam orationem, vt rei, de qua loqueris, non congruat: ſuper hæc omnia abſit anxietas, quæ nuſquã non eſt infelix, ſed haud alibi quàm in dicẽdo infelicior. Poſtremo né ſic affectus ſis, vt ſi quod ſequeris non aſſequaris, vitam acerbam putes, nec viuere libeat non Ciceronianos, quum tot ſint hominum eruditorum millia, qui ſine hoc titulo & viui laudem egregiã, & mortui nominis immortalitatẽ ſunt aſſequuti. NOS. Hunc in modũ nunc quidem affectus ſum. BVL. Idem affectus & me quondam habuit, ſed ab eo morbo reualui. NOS. Quo tandem pacto? BVL. Adhibui medicum. NOS. Quem obſecro? BVL. Facundũ & efficacẽ. NOS. Quem inquã? BVL. Ad quem nihil Æſculapius aut Hippocrates. NOS. Enecas. BVL. Quo nemo paratior, nec amicior, nec fidelior, nec curat epar aut ſtomachũ: hominis intima ſanat. NOS. Si nomen ædere grauaris, ſaltem indica pharmacũ. BVL. Et nomen & pharmacum ſcies, ὁ λόγ☉ τῷ λόγῳ mihi medicatus eſt. HYP. Veriſſima prædicas. ψυχῆς νοσούσης ἐσὶμ ἰατρὸς λόγ☉. BVL. Sic ab eo morbo reuixi Noſopone. Quod ſi voles hic aliquantiſper eius quã prius geſſi perſonam ſuſcipere,

ego τοῦ λόγου vices obiero. NOS. Suſcipio, quando ita videtur. BVL. Quũ me vehemẽs teneret morbi paroxyſmꝰ, ſic adortus eſt medicus, quemadmodũ nunc loquor tibi. Pudor, inquit, te malus vrget infelix, qui ferre nõ poſſis conuicium cum tot hominũ millibus commune. NOS. Quod nam? BVL. Quia negaris eſſe Ciceronianus. NOS. Iſthuc me diſcruciat fateor. BVL. At reſponde mihi per muſas, quem mihi dabis Ciceronianũ, prẽter vnũ Ciceronem? A veteribus ordiamur. In oratorum catalogo quem perlongũ in Bruto contexuit M. Tullius, vix duo ſunt, quos dignetur oratorum titulo, tantum abeſt vt Ciceroniani videri queant. Iam C. Cæſar Ciceronianus dici non poteſt, vel quia vixit ijſdem tẽporibus, vel quia longe aliud dicendi genus ſibi propoſuerat, contẽtus elegãter proprieq; dicere. At hæc quãtula eſt Ciceronis portio? Neq; enim tam prẽclarũ eſt oratorẽ Latine dicere, quàm turpe neſcire Latine. Ad hæc nihil extat Cæſaris præter epiſtolas aliquot, & cõmentarios rerum ab ipſo geſtarũ, quãquã eruditi de horum authore vehemẽter ambigunt. Nulla certe extat oratio, quum hic demũ excelluerit Cicero. Idem mihi dicere licet de M. Cælio, Plãco, Decio Bruto, quorum ſatis multas habemus epiſtolas Tironis ſtudio ſeruatas, Pauciores Cn. Pompeij, L. Cornelij Balbi, Lentuli, Caſſij Dolobellæ, Trebonij, P. Vatinij, Seruij Sulpitij, Auli Cecinnę, Bithynij, M. Bruti, Aſi-

nij Pollionis, C. Cæsaris, & si qui forte sunt alij, quos constat eadem ætate fuisse cum Cicerone, vt non magis conueniat M. Cælium dici Ciceronianum, quàm Ciceronem Cęlianũ. Nec in his epistolis quicquã congruit præter sermonis Romani dilucidam & inaffectatam elegantiã. At in hoc non est totus Cicero, quẽ tibi proponis æmulandum. Quid enim nunc commemorem de Crispo Sallustio, qui quum eiusdẽ fuerit ætatis, dictione dissimillimus est Ciceroni. NOS. Ne commemora mihi priscos illos horridos & impexos, quum nondum vnà cum moribus enituisset eloquẽtia, nec eos qui pariter cum Cicerone decurrerunt: eos refer qui Ciceronem sequuti sunt. BVL. Age num tibi Seneca videtur Ciceronianus? NOS. Nihil minus, præsertim in oratione soluta. Nam tragœdiæ quæ probantur â doctis, vix videntur à Seneca scribi potuisse. BVL. Nũ Valerius Max. NOS. Tã similis est Ciceroni, quàm mulus homini, adeo vt vix credas vel Italum fuisse qui scripsit, vel hoc ætatis vixisse tã diuersum est totũ dictionis genus, Afrũ quempiam esse dicas, nec vllum carmen laboratius. BVL. Quid Suetonius? NOS. Non paulo longius abest à Cicerone quàm Seneca, nec verbis, nec structura, nec perspicuitate, nec figura dictionis, nec vrbanitate referens M. Tulliũ. BVL. T. Liuium hoc honore dignaris? NOS. Primum historicus est, deinde incompositus, nonnullis etiam Patauinitatem quandam resi

pere dictus est, hoc est, minus Romane dicere. BVL. Iam Cornelium Tacitũ conferre nõ audeo. NOS. Nec opus est. BV. Fortasse Quintilianum recipies in hoc album. NOS. Is affectauit etiam Ciceroni dissimilis esse, cuius vtinam extarent declamationes: nam quas habemus, minimum habent Ciceronis. BVL. Sed habeo quem non contemnas Quintum Curtium. NOS. Historicus est. BVL. Est, sed in historijs extãt aliquot orationes. NOS. Cæteris candidior est, sed nihil ad Parmenonis suem. Habet multas sermonis formulas à Ciceronianis diuersas. BVL. Si hunc reijcis, non recipies opinor, Ælium Spartianum, Iulium Capitolinum, Ælium Lampridiũ, Vulcatiũ Gallicanum, Trebellium Pollionem, Flauium. Vopiscum, Aurelium Victorem. NOS. In his vix est quod probes præter historiæ fidem, tantũ abest vt eos Ciceroniani cognominis honore digner. Nam ægre tuentur sermonis Latini castimoniã. BVL. En adest Probus Æmylius. NOS. Candidus est laudator omnium, quorũ vitam describit, vt encomiasten dicas verius q̃ historiographum. BVL. At Ammianum Marcellinum fortasse recipies. NOS. Difficilis est in eloquendo, ac subinde compositio carmen moliri videtur, quum dicit, vt captiuos redderet nostros. Velleium Paterculum citius agnouerim, quanquam nec illum dignabor hoc honore. BVL. Minus, opinor, agnosces epitomographos, Florum, Eutropiũ & Solinum. NOS.

Agnoſcam ſi quiſquã eruditus illos agnoſcit, hoc ſanè nomine, referunt enim quos imitantur. BVL. Verum retro mihi curſus flectẽdus eſt, duos Plinios prætermiſimus, Maiorẽ ſcio nõ feres hic nominari, Iuniorem fortaſſis admittes. NOS. Imò qui ſunt huius cauſæ cenſores cũ primis vetant contingi ab adoleſcentibus huius epiſtolas, ne pro Ciceronianis euadant Pliniani. BVL. At felicius ſcripſit oratione qua Traianum laudat. NOS. Feliciſſime, ſed Ciceronem non exprimit. BVL. Poetas ſciens prætereo, facile diuinans quid ſis reſponſurus, etiamſi clariſſimos ac feliciſſimos omnium propoſuero, Virgilium, Horatium, Ouidium, Lucanum & Martialem. NOS. In Horatio nullum Ciceronis veſtigium, in Virgilio nonnullum, licet obſcurum, Ouidius inter Poetas Cicero videri poſſet, Lucanus dictus eſt oratori quàm Poetæ ſimilior, ſed alieniſſimus ab imagine Ciceronis, Martialis ad Naſonis facilitatem plurimum accedit, & aliquid Ciceronianæ laudis illi poterat tribui, ni in libros aliquot epiſtolis præfatus eſſet, deum immortalẽ, q̃ non Ciceronianis. BVL. Quid ſi proferã Lucretium? NOS. Eadẽ opera profer & Enniũ & Luciliũ. BVL. Auli Gellij candidiſſimã phraſim mirãtur eruditi. NOS. Nec argumẽtũ cõuenit nec phraſis, primũ affecta ta, & verborum copia penè ſuperfluẽs, rerum ſupellectile frugalis. BVL. En tibi Macrobius. NOS. Æſopicam corniculam mihi nomi-

nas, ex aliorũ pannis suos cõtexuit centones; itaq; sua lingua nõ loquitur, & si quãdo loquitur, Græculũ Latine balbutire credas. Quod genus est illud ex cõmentario in somniũ Scipionis secũdo. Et hoc esse volũt quod Homerus, diuinarũ omniũ inuentionum fons & origo, sub Poetici nube figmẽti, verũ sapientib⁹ intelligi dedit. BVL. At Symmachũ in epistolis argutũ admirãtur quidã. NOS. Admirẽtur quib⁹ studio est moleste potius q̃ bene dicere. BVL. Sed heus, Apuleius nobis prẽterit⁹ est. NOS. Hũc Ciceroni conferã, quũ libebit gracilũ cõparare luscinię. BV. Sit sanè, in asino & floridis, at in Apologijs accedit. NO. Min⁹ quidẽ abest, sed immẽso sequitur interuallo. Cętera & Martianũ Capellã oblitus es, si tales libet p̃ferre. BV. Quid si veniamus ad semichristianos? Quis tibi videtur Boetius? N. Egregi⁹ philosophus, Poeta non pessimus, à Ciceronis dictione lõge semotus. BV. Quis Ausoni⁹? N. Ingeniũ ac doctrinã tribuo, stilus aulę delitias licẽtiámq; resipit, quẽadmodũ & vita. Ciceronianus adeo nõ est, vt studio habuisse videatur aliter dicere q̃ dixit Cicero. Proinde qui Ciceroniani nomẽ illi velit ascribere pro honore cõtumeliã irrogarit homini, nõ aliter q̃ si qs Germanũ appellaret, qui studeret haberi Gallus etiãsi German⁹ esset. BV. Ne te lõgis ambagib⁹ circũagã, veniamus si videtur, ad Christianos, si quẽ forte reperiam⁹, q Ciceronianus dici mereat. Inter hos opinor probabis Lactã

tium, qui Ciceronianæ eloquentiæ lacteo flu-
mine manare dictus est. NOS. Dictus, sed ab
eo qui Ciceronianus non erat. BVL. Verum
illud inficiari non potes, Lactantium Cicero-
nis eloquẽtiam affectasse. Id declarat in tertiũ
Institutionum librum præfatio, in qua defen-
surus Christianę philosophię veritatem, optat
eloquentiã, sinon Tullianam, certe Tullianæ
proximam. NOS. Nec prorsus infeliciter affe
ctauit, quanquã assequutus nõ est. BVL. Qui
sic? NOS. Quoniã in prima statim operis prę-
fatione sic loquut9 est: Alioqui nihil inter deũ
hominémque distaret, si consilia & dispositio-
nes illius maiestatis æterna, cogitatio asseque-
retur humana. Vbi Cicero dixit dispositiones
pro decretis? BVL. Imò dũ Ciceronianus esse
studet, factus est Ciceroni dissimilis. Est enim
hoc Ciceronis, rem eandem duabus vocibus
idem aut propemodum idem significantibus
inculcate. Hinc est illud, consilia & dispositio-
nes. Qui scis an & vocalium hiatum captarit,
vt Ciceronianus esset, in consilia &: rursus in,
cogitatio assequeretur. Fortassis & compositi-
onem affectauit, scazontis clausula, comma fi-
niens, velut in balneatore & archipirata. Cu-
iusmodi clausulis frequenter vtitur in eadem
præfatione, vt in prima statim periodo, inhæ-
rere: & rursus, instruere possimus ac mox, a-
pud Græcos: atq; iterum, luce orationis orna-
ta: & αὖθις αὖ, honesta suscepta: mox & hono
rasti: nec multo post, nominis tradas: iterum,

vt sequerẽtur hortarer: item aliquãto post, reliquerũt. Hoc certe Tullianũ habet, quod subinde ditrochæo finit, vt contulerũt, conuocamus, sopiamus, inchoam⁹: semel ponit in clausula, quæsisse videatur. Hæc indicant illũ magno studio Ciceronis imaginem affectasse. Verum hoc nomine iustius reijceres Lactãtium â titulo Tullianorũ, quòd nec eruditionem, nec vim, nec pectus attulerit ad defensionem philosophiæ Christianæ, quæ M. Tullius attulit ad actionẽ causarum ciuiliũ. BVL. E reliquorũ numero quem primũ aut vltimũ proferam? Cyprianum? NOS. Christiane scripsit verius quàm Ciceroniane. BVL. Hilarium? NOS. Ohe, nihi simile. Difficilis est & obscurus in eloquendo, & Gallico, vt inquit ille, cothurno attollitur, verba quoq; multa secũ trahens, quæ nõ sunt Tullianæ puritatis. BVL. Sulpiti⁹ opinor, videbitur hoc honore dign⁹. NOS. Est ille quidem & mollior, & iucũdior, & dilucidior, & illaboratior Hilario, sed phrasis Gallum fuisse declarat. Non deest pietas, sed abest vis & grauitas: & est floridũ dicendi genus magis quàm neruosum. BVL. Tertullianũ igitur admittes? NOS. Irrides, Is prudens ac sciens obscurauit malis verbis bonas sentẽtias, vel ipso durior Apuleio. BVL. Certe facundissimũ illũ simul & doctissimũ Hieronymũ non repelles. NOS. Agnosco virum doctrina facũdiáq; præcellentem, Tullianum non agnosco, qui flagris ab imitatione Cice-

ronis depulsus est. BVL. Augustinum igitur? NOS. Is hoc habet Ciceronis, quòd prælongo ambitu circũducit periodũ, præterea nõ multum, nec facilitatem in dicendo nec felicitatẽ in tractando reddit. BVL. Paulinum? NOS. Vix vmbram habet Ciceronis, nec sententijs, nec verbis admodum felix. BVL. Ambrosiũ igitur. NOS. Romanum oratorem agnoscas, non Ciceronianum. Gaudet argutis allusionibus, acclamationibus, nec præter sententias quicquàm loquitur: membris, incisis, comparibus, numerosus ac modulatus, suũ quoddam dicẽdi genꝰ habet alijs inimitabile, sed à Tulliano genere diuersissimum. BVL. Saltem agnosce Romanum Gregoriũ, eius nominis inter Pont. primũ. NOS. Agnosco virum piũ, ea loquentem quæ sentit. Et hic propius accedit ad M. Tullium quàm Ambrosius, sed fluit lutulentus, & Isocraticæ structuræ quasi seruit oratio, quod est à Cicerone alienum. Sic enim puer in scholis assueuerat. BVL. At Tusci Leonis, qui fuit eius nominis primus Romanæ vrbis Pontifex, eloquentiam mirãtur omnes. NOS. Est fateor huius bene numerosa, satisqꝫ perspicua dictio, nec ineptis sensibus, sed nihil ad Ciceronem. BVL. Quid si tibi Bernardum è Burgundionibus adducam? NOS. Agnosco virum bonum, quæ pars est oratoris, natura compositum ad vrbanitatem & ad dictionis lepôrem, sed adeo nõ Ciceronianum, vt ex scriptis vix suboleat vnquam illi lectum

Ciceronem. BVL. Posteaquàm hunc reijcis, nõ ausim tibi proponere Bedam, Remigium, Claudium, Hesychium, Anselmũ, Isidorum, NOS. Desine mihi πολοβώτας istos commemorare, quum aliena lingua loquantur: Deteriora faciunt quę referunt: dum sua promũt, vix loquuntur. In his ægrotabat eloquentia. BVL. At vereor ne mortuam dicas, si posteriores cõmemorauero. Prætermittam igitur Alexandrum Halensem, Petrum Gandauensem, & huius farinæ scriptores innumeros: duos κορυφαίους proferam, Bonauenturam & Thomã. NOS. Bonauentura satis affluit verbis, sed qualibuscunqȝ, Thomas Aristotelicus prorsus est, ἀπαθὴς in dicendo, tantum hoc agens, vt doceat lectorem. BVL. Verum, in quæstionibus: cæterum vbi rhetorem aut poetam agit, satis spirat Ciceronem. NOS. Quæ mihi narras poemata? Mihi vero nusq̃ videtur infantior, quàm quũ affectat oratoriæ dictionis fluxũ, id quod facit in tractanda materia de eucharistia. Sed age missos fac theologos istos scholasticos, à quibus frustra requiras eloquentiã, nedum Ciceronianam: alios profer, si quos habes. BVL. Age redibim⁹ ad aliud scriptorũ gen⁹ nostro seculo vicinius. Nã aliquot ætatib⁹ videtur fuisse sepulta prorsus eloquẽtia, quæ nõ ita pridem reuiuiscere cœpit apud Italos, apud nos multo etiã serius. Itaqȝ reflorescẽtis eloquẽtiæ princeps apud Italos videt fuisse Franciscus Petrarcha, sua ætate celebris

ac magnus, nunc vix est in manibus: ingeniũ ardens, magna rerum cognitio, nec mediocris eloquendi vis. NOS. Fateor. Atqui est vbi desideres in eo linguæ Latinæ peritiam, & tota dictio resipit seculi prioris horrorẽ. Quis autem illum dicat Ciceronianum, qui ne affectarit quidem? BVL. Quid attinet igitur referre Blondum ac Boccatium, hoc inferiores tum in dicendi viribus, tum in Romani sermonis proprietate? Ne Ioannẽ quidem Tortelliũ audies. NOS. Non audiam in his quidem comitijs. BVL. Hunc sequutus est ingens prouẽtus eruditorũ certatim sese ad Ciceronis imitationem componentiũ. Ecquem ex hoc numero dignaberis istius cognominis honore? Num Franciscum Philelphum? NOS. Planè dignarer, si tam placeret eruditis omnibus q̃ placuit sibi. Et affectauit quidẽ ille sedulo Ciceronis effigiem, sed parum feliciter. Nec vsq̃ illi dissimilior est, quàm vbi maxime oportuit esse similẽ, nimirũ in orationib⁹ Nam in epistolis satis adumbrat M. Tulliũ, Neqꝫ hæc dixerim in cuiuspiã contumeliã. Agnosco viros æterna posteritatis memoria dignos, ac de studijs optime meritos: sed diuinũ quiddã est esse Ciceronianũ. BVL. Leonardus Aretin⁹ mihi videtur alter Cicero. NOS. Facilitate dictionis ac perspicuitate satis accedit ad Ciceronẽ, sed neruis alijsqꝫ virtutib⁹ aliquot destituit: alicubi vix tuetur Romani sermonis castimoniã, alioqui vir doctus iuxta ac prob⁹. BVL, Gua-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rinum sat scio non recipies, nec Lapum, nec Accioialum,nec Antoniũ Becariam,nec Francíscum Barbatium, nec Antonium Tudertinum,nec Leonardũ Iustinianũ,nec Achillem Bochium,& si qui sunt qui mihi nunc nõ succurrũt,maxime quòd horum pleriq; non alio monumento nobis innotuerunt,quàm vertendis Græcis,vbi nulla laus inuẽtionis,quæ prę-cipua pars est eloquentiæ. NOS. Istorum neminem contemno, neminem tamẽ dignabor Tulliani cognominis honore. BVL. Proferã itaq; Pogium Florentinum, viuidæ cuiusdam eloquentiæ virum. NOS. Naturæ satis erat, artis & eruditionis non ita multum: interim impuro sermonis fluxu,si Laurẽtio Valæ credimus. BVL. Valam igitur in illius locũ substituamus. NOS. Is propius accedit ad curam ac subtilitatem Quintiliani,quàm ad illabora tam Ciceronis facilitatẽ,quanquã cæteris elimatior puriorq;. BVL. Multos prętereo sciẽs, quorũ nomina sat scio non ferent aures tuæ: eximios tantũ refero. Si quem alium,certe magnum illum Hermolaum Barbarum in huius cognominis honorem admittes. NOS. Vere magnũ ac diuinũ hominẽ protulisti,sed in dicendo Ciceroni dissimillimũ,& ipso penè Fabio Plinioq; elaboratiorem, cuius eloquentiæ nonnihil offecit philosophiæ studium. BVL. Quid Ioannem Picum Mirandulæ comitem? NOS. Indolem planè diuinã narras, ingeniũ ad omnia factum, sed huius quoq; dictionem

nonnihil vitiauit linguarũ ac philoſophiæ atq; etiam theologiæ cura. BVL. Noſti gentilem huius Franciſcũ Mirandulanũ. NOS. ὀυδ' ἑγὼ γὺς, aiunt, nimium theologus eſt. BVL. Bene habet, vnũ, ni fallor, reperi, quem non reijcies, Angelum Politianũ. Nam Marſilium Ficinũ profetre non audeo. NOS. Fateor Angelum prorſus angelica fuiſſe mente, rarum naturæ miraculũ, ad quodcũq; ſcripti genus applicaret animũ, ſed nihil ad phraſim Ciceronis, diuerſis virtutib⁹ ſuſpiciẽdus eſt. BVL. Si producam in hũc ordinẽ Codrum Vrceũ, Georgium Trapezontium, ſi Theodorũ Gazam, Ianum Laſcarem, Georgiũ Mærulam, M. Muſurum, Marullum, propè diuino quid dicturus ſis. Submouebis ab hoc certamine totũ Græcorum genus, quibus inuiſus eſt tuus amaſius Cicero. Verum nolim in his comitijs habere ſuffragium, iram, odium, aut amorem. NOS. Nec habebunt. De Iano, quoniã adhuc ſupereſt, dicendum eſt parcius: Morum comitate generis nobilitatem præ ſe fert, acri iudicio vir, multæ in epigrammatibus argutiæ: poterat inter Ciceroniani cognominis candidatos numerari, ni crebræ legationes ac regum negocia reuocaſſent hominem à Muſis. Codro nec Latinæ linguæ facultas deerat, nec vrbanitas, verum homo non diſſentiens ab Epicuro, neglexit hanc laudem, vt non vulgarem, ita nec paruo parabilem. Georgium Trapezontium fateor virum egregie doctum, deq;

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

re literaria pulchre meritũ. Et hoc absolutio-
rem Theodorũ Gazam, quorum ille se ad Ci-
ceronis dictionem effingendã studio compo-
fuisse videtur, hic Aristotelem exprimere ma-
luit, quo non alius felicior, siue vertit Græca
Latine, siue Latina Græce: quum sua loquitur
duo quædam obstrepunt delicato lectori, phi-
losophiæ studium, in quo totus erat, & illud
γνήσιον Græci sermonis, quod Latine loquen
tes sequi solet, ac vix vnquã dediscitur. BVL.
Quid vetat quo minus Græcus absoluat Ro-
manam linguam, si Britannis ac Phrysonibus
hoc contigit? præsertim quum sermo Græ-
cus tum in verbis, tum in tropis plurimam ha
beat affinitatẽ cum Latino. NOS. Quid Bri-
tannis ac Phrysonibus cõtigerit, alijs æstiman
dum relinquo: mihi videtur affinitas sermonis
obstare puritati. Citius enim pure Romane lo
quetur Hybernus, quàm Gallus aut Hispan⁹.
Quemadmodum citius Gallus discet Germa-
nice loqui pure, quàm Italice aut Hispanice.
Sed pergam, Georgium Mærulam Alexandri
num esse scio, an Græcus fuerit nescio, vir in
reddendis Græcis splẽdidus & elegãs, vt cum
veteribus multis conferri queat. Marulli pau-
ca legi, tolerabilia si minus haberent paganita
tis. M. Musurum propius noui, virum insigni
ter eruditum in omni disciplinarum genere,
in carmine subobscurũ & affectatum, oratio-
ne prosa præter vnam alterámve præfationẽ
nihil quod sciam reliquit: mirabar hominem

Græcum tantum ſcire Latine. Et hunc fortuna retraxit à Muſis: Dum Leonis fauore Romam accitus, incipit Archiepiſcopus eſſe, fato præreptus eſt. BVL. Recipies igitur Pomponium Lætum. NOS. Is elegãtia Romani ſermonis contentus, nihil affectauit vltrà. BVL. Platynam igitur? NOS. In hiſtoria valiturus erat, ſi nactus fuiſſet argumentum felicius. In optimo ciue & Panegyrico nõnihil accedit ad Ciceronis imaginem, ſed tanto interuallo, vt hoc cognomẽ non promereatur eruditorum calculis, alioqui vir doctus, facundus & bonus. BVL. Quid Philippum Beroaldum maiorem? Video, abnuis, id ſciebam fore. NOS. Imò annuo, ſi mihi cõmendas hominem de literarũ ſtudijs præclare meritum: ſin poſtulas eum in Ciceronianorũ aſcribi catalogum, abnuo. Philippum Beroaldum iuniorem citius recepero, quanquã is perpauca miſit in literas. BVL. Iam fruſtra tibi recẽſeam Georgium Valam, Chriſtophorũ Landinum, Mancinellum, Petrum Marſum, Baptiſtam Pium, Corneliũ Vitellium, Nicolaos Leonicenum & Leonicum, Bartholomæum Scalam, Paulum Corteſium, Petrum Crinitũ, Iacobum Antiquariũ. NOS. Vt tu farragine quadam confundis diuerſos: Mancinellos, Vitellios ac Marſos ſile, quũ agitur de eloquẽtia. Baptiſta Pius ſuo more loqui conatus eſt. Scala ſibi videbatur Tullianus, Politiano ne Latinus quidem videtur, adeo vt ne ſenſum quidem communem illi tribuerit. De

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Paulo Corteſio poſt dicetur. Petrus Crinitus multum abeſt à charactere Ciceroniano, quan quã hominis eruditionem amplector. Leonicenus medicus erat, non rhetor. Leonicus in adytis philoſophiæ, præſertim Platonicæ, ſemper religioſe verſatus, ad Platonis ac Ciceronis Dialogos effingẽdos ſeſe cõpoſuit, & præſtat eloquẽtiæ tantum quantum fas eſt hodie à tali philoſopho requirere: Ciceronianus appellari nec ipſe cupiat, ni fallor. adhuc enim ſupereſt, vir nõ minus integris moribꝰ, quàm eruditione recondita. BVL. Quid de Domitio Calderino? NOS. Bona ſpes erat, ni Romanæ delitiæ, mox præpropera mors interce piſſent iuuenis bene cœptũ in ſtudijs curſum. BVL. Porrò Scipionẽ Carteromachũ. NOS. Agnoſco virum citra oſtentationem invtraqꝫ literatura doctum: cæterum ex his quæ ſcripſit non apparet illum affectaſſe Tullianã eloquentiam. BVL. Non reijcies opinor Hieronymum Donatum Patritium Venetũ. NOS. Epiſtolæ, quod penè ſolum illius habemus, declarant illum quiduis præſtare potuiſſe, ſi voluiſſet huc animum intendere, ſed reip. negocia diſtraxerunt hominem ab ocio literario. BVL. Agnoſcis Antonium Sabellicũ. NOS. Agnoſco natura facundum, nec artis expertem, nec infeliciter rhetoricatur interdum. In hiſtoria ſat ſplendide verſatus, ſed in hac tantum, quæ ſuum dicendi genus deſiderat. BVL. Hactenus de mortuis pleriſque, nunc

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

viuorum,vt aiunt,meminiſſe oportet, de quibus fortaſſe vereberis quid ſentias proloqui. NOSO. Minime, quandoquidem fateor hoc laudis vix vlli mortalium adhuc contigiſſe. BVL. Noſti Paulum Æmylium? NOS. Hominis & reconditam eruditionem,& diligentiam,& vitæ ſanctitatẽ, & ſummam in hiſtoria fidem exoſculor: Tullianã dictionem nec affectauit, nec habet. BVL. Profero Baptiſtã Egnatium. NOS. Virum non minus probum & integrum quàm eruditum & eloquentem nominaſti,ſed cui Tulliani cognominis honorem negant doctorum ſuffragia. Docte loqui maluit quàm Ciceroniane,& quod voluit aſſequutus eſt. BVL. En tibi Paulum Bombaſiũ. NOS. Equidem exoſculor Paulum Bombaſiũ prorſus aurei pectoris hominẽ, quo vix alius vnquã vixit amico amicior,ſed valetudini parcens non admodum indulſit ſtilo. Mox vt erat animi minime abiecti,ſordidorum competitorum improbis contentionibus offenſus,Nam Bononiæ publico ſalario Græce profitebatur, ad reipublicæ negocia ſeſe contulit: tandẽ accitus Romam, augere rem maluit quàm literis inſeneſcere. BVL. Fortaſſis æquior eris iunioribus. Quid cenſes de Andrea Alciato? NOS. Referam quid eruditi ſentiant,qui propius hominem nouerunt quàm ego. Quam laudem M. Tullius partitur inter Q. Sceuolam,&L. Craſſum,quorum hic dictus eſt eloquentium iuriſperitiſſimus, ille iuriſperitorũ

eloquentissimus,totam in hunc vnum compe
tere iudicant. Quid possit eloquentia,declara
uit in præfatione,quam Cornelio Tacito præ
fixam legimus. Nam in annotationibus doce
re proposuit, non rhetoricari. BVL. Ex Ita
lis,opinor,non ita multos prętermisimus me
morabiles. Sed heus, occurrit Hieronymus
Aleander nuper fauore Clementis VII, Archi
episcopus Brundusinus,quem fortasse præte
ritum non oportuit in hac recensione. NOS.
Quid is possit in hoc genere, non satis liquet
ex his quæ scripsit. Nam & admodum pauca
venerunt in lucem, in quibus ipsis non vide
tur hanc laudem ambisse, & iampridem ciui
lia bellicaq; negocia aliò rapuerunt hominem
peritia linguarum eleganter instructum, ac
prorsus indignũ qui prophanis negocijs ser
uiat. BVL. Equidem arbitror Albertum Car
porum principem,propius ad Tullianã phra
sim accedere quàm Aleandrum.Nihil hic ædi
dit hactenus, vnicum duntaxat librum,aut si
mauis prolixam epistolam ab illo scriptam vi
di. NOS. Accedit ille quidem,quatenus licuit
homini in theologicis ac philosophicis literis
ab adolescentia versato. BVL. Vides quàm
multos celeberrimi nominis scriptores com
memorarim Nosopone,quorũ nemini fateris
Tulliani cognominis decus obtigisse.Fortasse
nonnulli fallunt meam memoriã,tu suggere,
si quos nosti Hypologe. HYP. Duos Cælios,
Rhodiginum & Calcaginũ, nescio an volens

prætermiſeris. BVL. Planè imprudens. NOS. Rodiginus vir erat pius & variæ lectionis, in eloquentiæ certamen haud quaquam aſciſcendus: alter tum eruditione, tum eloquentia ſuperior, ſtilus elegans & ornatus, ſed nonnihil recipiens philoſophiam ſcholaſticã, quę res hactenus officit, non vt nõ poſſit inter facundos numerari, ſed inter Ciceronianos. BVL. Paucúlos prætereo, ſciens ad quorũ commemorationem ipſa ſe nos reducet oratio tẽpeſtiuius. Interim ſi placet, in Galliam & olim & hodie ſtudijs florentiſſimã aliquantiſper migremus, ex ea duntaxat præcipuos relaturi, qui nuper ſcriptis in lucem æditis eloquentiæ laudem emeruerunt. Robertus Gaguinus non ita prídẽ habitus eſt magni nominis, dictione tamẽ quàm ſcriptis vendibilior. NOS. Verum, ſuo ſeculo, nunc vix inter Latine loquẽtes recipe-retur. BVL. Quid cõmemorem duos fratres Ferdinandos? NOS. Non feram. BVL. Quid ſi Guidonẽ Iuuenalem? NOS. Multo minus. BVL. Quid ſi Iodocum Badium? NOS. Iſtum citius admiſerim in hoc laudis certamẽ, quàm Guilhelmum Budæum, nec infeliciter omnino ceſſit conatus Badio, felicius tamen ceſſurus, niſi curæ domeſticæ reíq; parandę ſtudiũ interrupiſſent ocium illud Muſis amicum huius laudis candidato neceſſariũ, vtcunq; Guilhelmus Budæus eximijs varijſq; dotibus ſuſpiciẽdus eſt. BVL. Iacobus Faber habetur celebratiſſimus. NOS. Vir pius & doctus, ſed quí

Theologice dicere maluerit quâm Tulliane. BVL. Ioannẽ Pinum fortaſſe agnoſces. NOS. Poſſet inter huius laudis cõpetitores numerari, niſi & hũc negociorum tumultus à ſtudijs auulſiſſent. Olim certe præclarũ ſui ſpecimen dedit. BVL. Agnoſcis Nicolaum Beraldum. NOS. Agnoſco dictionis illaborato fluxu Pino non diſſimilem, verũ is in hoc genus nunquam neruos intendit ſuos, dicendo q̃ ſcripto felicior. Quid poſſit ſatis diuino, ſed eſt magni laboris fugitãtior. BVL. Franciſcum Deloinum non vererer obijcere, ſi ſe talem præſtare potuiſſet in oratione libróve, qualem ſe præſtitit in epiſtolis ex tẽpore ſcriptis ad amicos. Quod ſanè prodigij ſimile videri poſſit in homine qui ſeculo non admodum felici, totam penè ætatem in Accurſijs, Bartholis ac Baldis cõtriuiſſet. In literis politioribus & ſenex & feliciter repubuerat. Hũc nuper mors terris eripuit, ipſi quidẽ matura, ſenex enim mortuus eſt, ſtudijs vero quibus euehendis ornãdisq; vir optimus natus videbatur prępropera. Supereſt Lazarus Bayfius, qui vnico libello de veſtibus eóque non magno magnam laudem meruit, ſummámque ſpem de ſe præbuit, ſi quo cœpit curſu pergat in literarũ ſtadio. Quãq̃ ad docendũ appoſitus, argutus eſſe mauult, vt videtur, & Atticus q̃ Ciceronian⁹. BVL. De Ruello quid ſentis? NOS. Quod peritiſſimo rei medicę dignũ eſt, in vertẽdis Grecis religioſæ fidei. Hoc laudis maluit q̃ habe-

ri Tullianus. BVL. E Gallijs igitur si videtur iter flectamus in Angliam, non infelicem ingeniorum altricem. Sed Germanum Brixium penè prætereram. Non ignoras virũ pari dexteritate in vtraq; lingua, siue carmen pangere velit, siue prosam orationẽ condere: nec minus felicem Græcis in Latinam linguã transferendis. An ne hunc quidem recipies inter Tullianus? NOS. Ille quidem adhuc in cursu est, copiam & lucem assequutus est, in nonnullis tamen M. Tullio dissimilis, sed ita vt bonã de se spem præbeat, si vt facit totum se huic studio dediderit. Interim lubet gnauiter currẽti applaudere. BVL. Nũc igitur in Britanniã, quæ quum multos habet Tullianæ dictionis candidatos, tantum eos nominabo qui scriptis innotescere voluerũt. Si Guilhelmũ Grocinũ proferã, respondebis nihil illius extare præter vnicam epistolam, elaboratã sanè & argutam ac bene Latinam. Maluit enim nihil scribere, q̃ nihil videre, homo natura luscioſus. Ad epistolarem argutiã appositus, laconismum amabat, & sermonis proprietatem, diceres Atticũ in hoc sanè genere: nec aliud affectauit, Ciceronis copiam ferre non potuit, si quando legeret illius libros. De hoc igitur non contendam. Sed Thomam Linacrum non verebor proponere. NOS. Noui virum vndiquaq; doctissimum, sed sic affectum erga Ciceronẽ, vt etiam si potuisset vtrumlibet, prius habuisset esse Quintiliano similis q̃ Ciceroni, nõ ita mul

to in hunc æquior, quàm est Græcorum vul-
gus. Vrbanitatem nunsquam affectat, ab affe-
ctibus abstinet religiosius q̃ vllus Articus, bre
uiloquentiam & elegantiam amat, ad docendũ
intẽtus, Aristotelem & Quintilianum studuit
exprimere. Huic igitur viro per me quantum
voles laudũ tribuas licebit, Tullianus dici nõ
potest, qui studuerit esse dissimilis. BVL. Re-
stat Ricardus Paceus. NOS. Is quidem inter
Tullianæ facundiæ candidatos censeri pote-
rat, nisi nimium illi placuisset extemporalis il-
la scribendi celeritas, & nisi mox iuuenem è
medio studiorum cursu Põtificum ac Regum
negocia, prophanis curis propemodum obru
issent. BVL. Ab Anglia migrabo, si tibi Tho
mam Morum produxero. NOS. Fateor inge-
nium felicissime natum, & quod nihil non po
tuisset efficere, si totum his studijs vacare li-
cuisset. Cæterum illo puero vix tenuis odor li
teraturæ melioris demigrarat in Angliã. De-
inde parentum authoritas ad leges eius gẽtis
discendas, quibus nihil illiteratius, adegit, mox
in causis agendis exercitatus, hinc ad Reip.
munia vocatus, vix succisiuis horis respicere
potuit ad eloquentiæ studia. Tandem in regiã
pertractus, & regni regiorúmq; negociorum
vndis immersus, magis amare potest studia, q̃
colere. Et tamen dicendi genus quod assequu-
tus est magis vergit ad Isocraticã structuram
ac dialecticam subtilitatem, q̃ ad fusum illud
Ciceronianę dictionis flumen, quanquã vrba-

nitate nihilo M. Tullio inferior est. Quoniam autem adolescens diu versatus est in Poematibus scribendis, poetam agnoscas & in oratione prosa. NOS. Angliam igitur relinquamus, neq; enim nominabo Guilhelmum Latamerum, aut Reginaldum Polum, quorũ prior vir pius Theologiam absoluere maluit quàm Ciceronianam eloqnentiã, alter Ciceronis admirator summus, & æmulator non infelix, nihil adhuc suo nomine voluit in lucẽ prodere. Quanquam in epistolis familiaribus satis declarat quid valeat, sed nõ traducam ea, quibus ipse lucem nondum tribuit. Alioqui habet innumeros ea insula, summæ spei iuuenes, sed interim censorem agimus non diuinũ. Quid autem mirum illic efflorescere iuuentutẽ, vbi rex ipse non solum præmijs excitat bene nata ingenia, verum etiam exemplo suo quamlibet pigris subdit calcaria, duobus iam libellis testatus, quantum & faueat pietati, & ingenio facũdiáq; polleat. NOS. Ego sanè libellos istos maiorem in modum admiratus sum, non abhorrentes à dictione Tulliana, nisi quòd argumentum & regia dignitas suum quoddam eloquendi genus desiderare videtur. BV. Quid supereſt igitur, nisi vt hinc nauigem⁹ in Hollandiam. NOS. Prius in Scotiam cẽseo. BVL. Non grauarer, si quem illic nossem quẽ te laturum existimem. In Daniam malo, quæ nobis dedit Saxonum grammaticũ, qui suę gentis historiam splendide magnificéq; cõtexuit.

NOS. Probo viuidum & ardens ingenium, orationē nuſq̄ remiſſam aut dormitantē, tum miram verborum copiam, ſententias crebras, & figurarum admirabilem varietatem, vt ſatis admirari non queam, vnde illa ætate homini Dano tanta vis eloquendi, ſed vix vlla in illo Ciceronis lineamenta. BVL. Igitur in Hollandiam. NOS. Imò prius in Zelandiam, ne quem prætereas. BVL. Alit & illa regio quędam dextra ingenia, ſed pleraq̄ luxu obruūtur. Hinc ſanè tibi profero Adrianum Barlādum, in cuius ſcriptis agnoſcas candorē ac facilitatem Tullianæ dictionis. NOS. Accedit hac ſanè parte, ſed totū Ciceronē non exprimit. BVL. E Zelandia facilis curſus eſt in Hollandiam, haud infœcundam bonorū ingeniorum parentem, ſed nec honos habetur eloquentiæ, & voluptates nō temere ſinūt indolem matureſcere. Hinc tibi proferam Eraſmū Roterodamum, ſi pateris. NOS. Profeſſus es te de ſcriptorib⁹ dicturum. Iſtum vero ne inter ſcriptores quidem pono, tantum abeſt vt Ciceronianis annumerem. BVL. Quid ego audio? Atqui videbatur & inter πολυγραφους cenſeri poſſe. NOS. Poteſt, ſi πολυγραφ⊙ eſt, qui multum chartarum oblinit atramēto. Alia res eſt ſcribere quóde nos agimus, & aliud ſcriptorum genus. Alioqui qui manu deſcribendis libris quæſtum faciunt, ſcriptores dicentur. quūi hos eruditi malint librarios dicere. At hoc eſt nobis ſcribere, quod agro fru-

ctum producere: hoc nobis lectio, quod agro ſtercoratio: hoc nobis concoctio & emẽdatio, quod in agris occatio, paſtinatio, putatio, zizaniorũ euulſio, ac reliquæ operæ ſine quibus aut non emergit ſementis, aut non adoleſcit exorta. BVL. Quid igitur ille? NOS. Abijcit ac præcipitat omnia, nec parit, ſed abortit: interdum iuſtum volumen ſcribit ſtans pede in vno, nec vnq̃ poteſt imperare animo ſuo, vt vel ſemel relegat quod ſcripſit: nec aliud quàm ſcribit, quum poſt diutinam lectionem demũ ad calamum ſit veniendum, idq̃ raro. Quid quod ne affectat quidem Tulliano more dicere, non abſtinens à vocibus Theologicis, interim ne à ſordidis quidem? BVL. Terſior erat Guilhelmus Gandauus. NOS. Atticus erat in epiſtolis, in carmine bonus, ſed ô ſcelerate luxus, quãtum felicium ingeniorum, vel corrũpis vel abrumpis? BVL. Noſti Ægidiũ Delfum? NOS. Virum eruditionis variæ, verſificatorem non malum, ſi facilitati neruos addiſſet. BVL. Nuper deceſſit Martinus Dorpius. NOS. Ingeniũ felix & ad quiduis verſatile, nec infeſtiuũ, ſed alienis iudicijs q̃ ſuo duci maluit. Tandem Theologiæ ſtudium retraxit hominem à Muſis. BVL. Quis tibi videtur Iacobus Ceratinus? NOS. Præclaram de ſe ſpem dedit, à Cicerociano multum abeſt. BVL. Hinc igitur ſi videtur in Phryſiam cõmigremus. Alit enim ea regio prorſus alba, quod dici ſolet, ingenia: ſed male cõuenit Co-

mo cum Musis. Langios igitur & Canterios omittã, Rodolphus Agricola sufficit vnꝰ pro multis. NOS. Agnosco virum diuini pectoris, eruditionis reconditæ, stilo minime vulgari, solidũ, neruosum, elaboratum, compositũ, sed qui nonnihil resipiat & Quintilianum in eloquendo, & Isocratem in orationis structura, vtroqꝫ tamen sublimior, Quintiliano etiam fusior ac dilucidior. Quod voluit præstitit, nec dubito quin Ciceronis figuram potuisset effingere, si huc vertisset animi studiũ. Et huic tamen ad summam laudẽ obstitere quędã, regionis ac temporũ infelicitas, quibus vix quicquâm honoris habebatur literis politioribus, & nationis parum frugalis vita. In Italia summus esse poterat, nisi Germaniã prætulisset. BVL. Haud trãseundũ censeo Vvesphaliam, quæ nobis dedit Alexandrũ Hegium. NOS. Virum eruditum, sanctum ac facundum nominas, sed qui glorię contemptu, nihil magni molitus sit. BVL. Dedit & Hermanũ Buscriũ. NOS. In carmine pangendo felicẽ, In oratione soluta magna vis ingenii, lectio varia, iudicium acre, neruorũ satis, sed cõpositio Quintiliano propior q̃ Ciceroni. BVL. Cõradũ Goclenriũ, opinor, nõ nosti. NOS. Num illũ dicis qui apud Brabãtos iampridem ornat nõ modo collegium Busleidianum, quod quidam trilingue vocant, sed totam etiam illam Academiam, licet alioqui florentissimam? BVL. Istum ipsum. NOS. Mihi quidem καὶ ὀικο-

θερ notus est. BVL. Nunquid in illo desideras, quo minus habeatur inter Ciceronianos? NOS. Opinor illud ingenium posse, quicquid serio voluerit, verum mauult obesulus esse, q̃ polygraphus. HYP. Vnum in illo noui, quo Ciceroni multum est dissimilis. BVL. Quid nam? HYP. Ciceronem accepimus prælogo & exili fuisse collo. Goclenius & pulcre obeso, & adeo non longo, vt mentum pectori penè contiguum sit. BVL. Nõ hic de collo, sed de stilo disputamus. Cæterũ vt à Vvesphalia recedam⁹, Habet Saxonia iuuenes summæ spei, nihil mediocre de se pollicentes, quorũ est & Christophorus Carlebitzius, imaginibus maiorum ornatissimus, sed literis ac moribus cõpositissimis ornatior, verum horum cõmemoratione te non fatigabo, quorũ indoles adhuc in herba est. Pergam ad reliquos Germanos. Quorum princeps fuit Capnion. NOS. Vir magnus, sed oratio redolebat suum seculũ adhuc horridius impolitiusq;. Qualis & Iacobus Vvimphelingus & si qui sunt huius similes, quorum opera tamen nõ parum vtilitatis accessit Germaniæ studijs. BVL. Huius ergo discipulum agnoscis Philippum Melanchthonem. NOS. Nihil hoc ingenio felicius, si totum vacasset Musis. Nunc hanc laudem leuiter affectauit, ac naturæ felicitate contentus, nec artis, nec curæ permultũ ad scribendum adhibuit, & haud scio an affectantem nerui fuerint defecturi. Extemporali dictioni natus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

videtur: nunc alijs intentus, eloquentiæ ſtudiũ magna ex parte videtur abieciſſe. BVL. En igitur tibi Vlricum Huttenũ. NOS. Sat ſplẽdoris & copiæ præſtat in oratione ſoluta, in carmine felicior erat: cæterũ à Ciceronis imagine procul aberat. BVL. Bilibaldum prius cõmemoraſſe oportuit, quo duce primum efloreſcere cœpit apud Germanos eloquentia, quam & morum pietate & fortunæ ſplendore illuſtrauit. NOS. Sequitur ille quidẽ, at nõ aſſequitur, nec tam obſtat ingenium, q̃ reip. negocia parumq; proſpera valetudo. BVL. In huius igitur locũ profero Brunonem Amerbachiũ Rauracum, quo viro nihil vnq̃ natura finxit cãdidius. NOS. Quatenus licet ex guſtu cognoſcere, magnus erat futurus, ni feſtinata mors iuuenẽ ſtudijs eripuiſſet. BVL. Hẽricum Glarianũ agnoſcis Eluetium. NOS. Is maluit in philoſophia ac Mathematicis diſciplinis conſeneſcere, quâm æmulari phraſim Ciceronianam, cui vix conuenit cum ſubtilitatibus Mathematicorũ. BVL. Vnus ſupereſt, quem ſi non recipis, migrabimus in Pannoniam. NOS. Quis? BVL. Vrſinus Velius. NOS. In carmine felix, nec infelix in oratione ſoluta, ſpirituum & vrbanitatis habet affatim, vbi prodierit hiſtoria quam de rebus à Pannoniæ Boœmiæq; rege Ferdinãdo geſtis texere dicitur, certius pronuntabimus. BVL. Mihi certa ſpes eſt illum & principis ſui claritati & rerum magnitudini facundię viribus

respondurum. Huius commemoratio nos deduxit in Pannoniam, nam illic nunc agit, vbi neminem noui præter Iacobum Pisonem, studiosum eloquentiæ Tullianæ candidatum, sed primum aula, deinde calamitas, nuper etiam mors hominem nobis abripuit. BVL. Habet & Sarmatia quos non possis contemnere, sed non commemorabo, nisi qui libellis in lucem datis, sui specimen dederũt. Horum princeps est Andreas Critius, Episcopus Plocensis, qui prorsus ingenium habet, vt ait ille, in numerato, carmina pangit feliciter, felicior etiam in oratione soluta, præsto est ex tempore scribenti docta facilitas, sermo perpetua quadam orationis festiuitate iucundus. NOS. Paucula quędam illius degustaui, quę mihi sanè spem egregiam præbent, nisi legationibus, tum regni simul & ecclesiæ negocijs cogatur à Musarum ocio recedere. BVL. Iam Hispania quæ non ita pridem cœpit ad pristinam ingeniorũ gloriam reflorescere, doctos & eloquentes viros permultos, qui scriptis innotuerunt non ita multos. Habet Antoniũ Nebrissensem, virum eruditionis variæ, sed cuius mentionem laturus non sis in catalogo Tullianorum. NOS. Rem diuinasti. BVL. Ne Lopidem quidem, opinor, aut Sanctium. NOS. Hic Theologus est, nec affectauit hanc laudem, ille multo infelicior est in laudando quàm in reprehẽdendo, nec hic nec ille Ciceronianus. Genesius maiorem de se spem pollicetur. BVL. Et Lusita-

nos aliquot eruditos noui, qui vulgarint ingenij sui specimen, neminem noui præter Hermicum quendam in epigrammatibus felicem, in oratione soluta promptũ, ac facilem, ad argutandum dexterrimæ dicacitatis. Vide quot regiones peragrauerim? Nosopone, dum vnũ quærimus Ciceronianũ, nec quisquam adhuc repertus est, quem digneris huius cognominis honore, cuius amor te macerat. Quot priscos commemorauimus, quot seculorum posteriorum, quot nostræ memoriæ, quot nostræ ætatis recẽsuimus, in quibus vt sint nõnulli quos fastidiosus censor possit contẽnere, quàm multi sunt qui suum quisq; seculũ, suam patriam, qui ecclesiam, qui rem literariam doctrina facundiaq; sua ornarunt, illustrarũt, nobilitarũt: nec vllum tamẽ adhuc inuenimus Ciceronianum. Quid reliquum est, nisi vt proficiscamur in insulas fortunatorum, inde petituri, quem donem? hoc nomine. Moderatius perpetimur mala nobis cum plerisq; cõmunia. Non mœret Hispanus, si non habet flauam cesariem: nõ Indus quòd colore sit lurido, nõ Æthiops quòd atro, quòd simis naribꝰ, & tu discrucias animum tuum, nec concoquere potes conuicium, quòd nõ es Ciceronianus? Hoc an malũ sit nescio. Sed si esset malũ, nõ tu æquo animo feres incõmodũ tibi cum tot talibúsq; viris cõmune? NOS. Atqui hoc laudis assequutus est Christophorus Longolius, homo Brabantus, tum apud Gallos educatꝰ. Huic vni cisalpino-

rum palmam hanc tribuunt Itali, cæteros om nes vt barbaros submouent. BVL. Plurimũ sanè laudis tulit Longolius, sed nimio emptũ, diu tortus est, tandem & immortuus est certa mini nondum peracto, non leui profectò stu diorũ iactura, quib⁹ magno vsui futurus erat, nisi totum animum omnesq; ingenij vires ad inanis tituli studium contulisset. Quanquã ille non vni Tullio assidebat, sed per omne autho rum genus sese voluerat, disciplinas liberales omnes diligenter edidicerat, præter iuris peri tiam, nec erat contentus exprimere lineamen ta Ciceronis, sed in inuentione rerum peracu tus fuisse videtur & copiosus, in tractandis ar gumentis dexter ac felix, nusquã non præbẽs admirandæ cuiusdam indolis specimen. *Nihil* est igitur quòd isti Ciceronis simij nobis Lon golium obijciãt, alijs dotibus ille magnus erat etiamsi Ciceronianus non fuisset, & hæc ipsa vanissimi tituli ambitio fructum propemodũ studiorũ illius corrupit, vitam abrupit. Quan quã multum etiam abfuit à Cicerone, cui ma teria defuit exercẽdæ mirabilis illius eloquen tiæ, quam in serijs grauibusq; causis Cicero præstitit. Lõgolius ędidit epistolas, sanè quàm elegãtes ac feliciter elaboratas, fateor, sed mul tas argumẽto perquam humili, plures affecta to, quod genus vidẽtur aliquot epistolæ Plinij iunioris. Atqui tales non arbitror in epistola rum numero ponẽdas. Quid enim habẽt epi stolæ Senecæ, quod epistolæ congruat, præter

titulum? At in Ciceronis epistolis nihil accersi tum, aut de grauibus serijsq; negocijs, scribit ea quæ coram exponeret si licuisset, aut cum amicis absentibus de familiarib⁹ rebus, aut de studijs confabulatur, quemadmodũ solent ami ci præsentes inter se miscere sermonẽ. Quid quòd Cicero non ædidit epistolas suas, & quas dam videtur scripsisse neglectius quàm loqui solitus erat. Vnde bona pars earum quas Tiro Ciceronis libertus collegerat, intercidit, haud opinor peritura, si docti eas iudicassẽt immor talitate dignas. Primum igitur illa simplicitas & gratia sermonis inaffectati, deinde veritas abest in epistolis Lõgolij plerisq;. Ad hæc quo niam nec eadẽ fuit fortuna Longolij quæ Ci ceronis, nec eadem negocia, fit vt interdũ in epta sit ac frigeat imitatio. Quod genus sit, M. Tullius senator & vir consularis, scribit ad suæ dignitatis homines, quid moliãtur duces in prouincijs, quâm instructæ sint legiones, ostendit periculũ, diuinat rerum exitum: quũ ad imitationẽ Ciceronis, similia scribit ad eru ditos amicos & in ocio viuẽtes, Longolius, ve luti solicitus de summa rerum, nónne friget affectatio? Quid quòd ipse in Musęum abditus interdum literis mandat vanissimos rumores, quales vulgo circunuolitãt, indigni qui vel ser mone cordati hominis cõmemorentur, Sed in orationibus, inquies, quas duas reliquit, velut in Capitolio habitas, Ciceronem præstitit. Eas ego sanè magna cum animi tum admiratione,

tum voluptate legi,fateor.Effecerunt enim,vt de illius ingenio longe quàm ante magnificentius ſentirem. Adeo,quum de illo præclaram concepiſſem exiſtimationem,vicit multis partibus expectationem meam. Videtur enim in has deprompſiſſe quicquid vel ſuo potuit ingenio, vel è Ciceronis orationibus hauſerat. Eæ tamen tot annis elaboratæ,toties ſub incudem reuocatæ,toties Criticorũ cenſuram perpeſſæ,quantulum habent Ciceronis?non quidem Longolij culpa, ſed temporũ. Aptiſſime dicebat Cicero,vix apte Longolius, quãdoquidem Romæ,nec patres cõſcripti ſunt hodie, nec ſenatus,nec populi authoritas,nec tribuũ ſuffragia, nec magiſtratus qui ſolent eſſe, nec leges,nec comitia,nec actionũ forma,nec prouinciæ, nec municipia, ſocij, ciues. Poſtremo Roma Roma non eſt,nihil habẽs præter ruinas ruderaq; priſcæ calamitatis cicatrices ac veſtigia. Tolle Pontificem, Card. Epiſcopos, Curiam, & huius officiarios, deinde legatos principum, Eccleſiarum, collegiorum,& Abbatiarum, tum colluuiem hominum partim qui viuunt ex hiſce nundinis, partim qui vel libertatis amore,vel fortunam aucupantes eò confluũt,quid erit Roma? Dicet aliquis Pontificum regnum â Chriſto traditũ auguſtius eſſe, quàm fuerat olim ſenatus populusq; Romani,aut etiã ſi libet Octauij Cæſaris:Mea nihil refert,modo fatearis diuerſum regni genꝰ eſſe.Quo fit,vt nec oratio congruat eadem:ſi

putamus Ciceronianũ esse, sermonẽ ad rem præsentem accõmodare. At ille præclarus iuuenis orationẽ attemperauit ad hominũ affectus, qui veterẽ Romam rerum dominã gentémq; togatam adhuc somniant, quemadmodum Iudæi nondum desinũt suum Mosen ac templum Hierosolymitanum somniare. Iam Christophorus iuuenis nec magistratu, nec rebus gestis, nec alio vllo nomine magn⁹ erat q̃ ingenio, quod ego sanè pulchrius esse duco, quàm si regno polluisset. Sed hæc persona nihil ad Ciceronem. Nunc argumẽtum accipe. Inciderat illi contentio cum Italo quodam adolescente, in hoc opinor subornato, vt Ciceronianam eloquentiam à barbaris vindicaret. Et est, vt audio, Romæ sodalitas quædam eorum qui plus habẽt literaturæ quàm pietatis: Docti vocantur, & apud multos habentur in precio. Per hos ociosos hoc certamen, studijs hinc atq; hinc efferuescentibus accensum est, vt ea ciuitas vndiquaque captat voluptatis materiam. Interim Longolij causam grauabat Lutheri causa, cuius gratia apud Romanos male audiebat quicquid erat affine Germanię, ne dicam Cisalpini omnes. Itaq; Christophoro tametsi natione barbaro: nam huiusmodi vocabulis adhuc vtuntur illi, quasi facies rerum non tota sit immutata, tamẽ ob admirandam sermonis elegantiam, visum est candidioribus aliquot honoris gratia decernere ciuis Romani titulũ. Fiebat hoc olim, & erat munus non

minus vtile quàm honorificum. Nunc autem quid est esse ciuem Romanum? Profecto minus aliquanto quàm esse ciuem Basilienſem, ſi cõtemptis verborum fumis, rem æſtimare libeat. Atque hinc in barbarum, competitoris ipſiq; fauentium inuidia. Tandem quæſita eſt illa voluptas ocioſis, vt in Capitolio (ſic enim vocant curiam quandam non admodum magnificam, in qua ſolent agi per pueros exercitãdi ingenij gratia fabulæ) cauſam diceret Lõgolius. Subornatus adoleſcens audaculus, qui accuſationem quam ab alio compoſitam edidicerat, recitaret. Accuſationis hæc erant capita: primum quòd Chriſtophorus Longolius, olim puer, dum ingenij periclitãdi gratia, laudat Galliam in qua tum viuebat, in nonnullis auſus ſit æquare Italiæ, deinde quòd in ea laudaſſet tribus verbis Eraſmum & Budæũ, præterea quòd diceretur ab his ſubornatus ac delegatus in Italiam, vt optimos quoſque libros deportaret ad Barbaros, quo poſſent cum Italis de principatu eruditionis contendere. Poſtremo quòd homo barbarus & obſcuræ familiæ, minime dignus videretur honore tanti cognominis, vt ciuis Romanꝰ appellaretur. Habes præclarum argumentũ, in quo neruos intendas eloquẽtiæ Tullianæ. Atqui hoc planè ludicrũ ille pluſquam ſerio agit, mirifico ſanè verborum apparatu, magna ingenij ſignificatione, ſumma vehemẽtia, multa interdum vrbanitate, non aliter alludens ad ætatem Cice-

ronis,q̃ is qui ſcripſit Batrachomyomachiam, alluſit ad Homericam Iliadem,ranis ac muri-bus,rebúſq; ridiculis ac friuolis,deorum,dea-rum,heroum ſplendida verba factáq; accõmodans. Ita Longolius exaggerat capitis diſcrimen, armatas cohortes, gladiatorũ manum, quorum violentia authoritas ampliſſimi ordinis, ac ſecundum leges agendi libertas fuerit impedita. Fingit priſcam illam Romam orbis reginã,& huius præſidem ac tutorem Romulum cum ſuis Quiritibus:ſomniat P.C.& auguſtiſſimum ordinem regnorũ dominum,populum in ſuos ordines ac tribus diſtinctum, prætorum ius,tribunorũ interceſſionem:ſomniat prouincias,colonias, municipia & ſocios vrbis ſepticollis:recitatur ſenatus conſultum, citãtur leges,miror non meminiſſe clepſydra rum quę reo ſolent infundi nouẽ opinor.Hic excitantur illa πάθη, appellantur veteres illi Romanæ ciuitatis principes.Quid non?Perquam faceta res eſt. Equidẽ fateor hunc ludũ videri poſſe non inelegantem, ſi ad eum modum exerceretur iuuentus in ſcholis declamatorijs,etiamſi non fruſtra præcepit Quintilianus, vt declamationis ſimulachrum q̃ proxime accedat ad veras actiones,nimirum quod quidam declamandi themata petere ſoleant è poetarum fabulis,nec veris,nec veriſimilibus. Nã habent in adoleſcentibus & illa progymnaſmata fructum haudquaquam pœniten dũ, quum argumento ex hiſtoria ſumpto, verba

ſententiæq; ad illorum temporum conditionem accommodantur, ſed tamen inſtructior erit ad veras cauſas agendas, qui quæſtionem tractat, præſentis temporis inuolutam circunſtantijs, veluti ſi quis tractet, num expediat Reip. vt principes filias aut ſorores ſuas in procul ſemotas regiones elocẽt. An ſit in rem Chriſtianæ pietatis, proceres Eccleſiaſticos onerari ditione prophana: vtrum conſultius ſit iuuenem euoluendis authoribus, an peragrandis loginquis regionibus, periclitandisq; rebus, multarum rerum cognitionem colligere: num expediat puerum imperio deſtinatũ, aut natum, multum temporis in literis ac liberalibus diſciplinis conſumere. Cęterũ argumentum quod tractat Longolius, quum nec ſit ex hiſtoria petitum, vt ſaltem per fictionem ſuo tẽpori congruere poſſit, nec eiuſmodi tamen, vt vere ſuo tempori ſuisq; perſonis cõueniat, qui fieri potuit vt hic totum exprimeret Ciceronem, qui depulſis armis Antonij, ſublatóq; mortis metu, libere dixit apud ſenatum populúmq; Romanum. In hac tamen materia tanto ingenio tãtáq; ingenij dexteritate rem geſſit egregius iuuenis, vt hodie neminẽ norim, vel apud Italos, quem exiſtimẽ idem præſtare poſſe, tantum abeſt, vt Longolij laudibus aliquid ſtudeã detrahere. Talibus enim ingenijs non queam non fauere, etiam ſi mihi male velint. Hæc eò tantum dicuntur, vt adoleſcentię ſtudijs proſpiciã, ne ſe ſuperſtitioſe diſcrutiẽt

affectatione Ciceronianæ similitudinis, sic vt hac intentione ab vtilioribus magisq; necessa rijs studijs auellantur. Rem habes, orationes supersunt. Nunc mihi rationẽ ineas velim, sit ne operæp reciũ ingenia feliciſſime natura in has ἐπιδείξεις tantũ ætatis & operæ cõsume re, ne dicã immori talibus curis. Quantũ vti litatis vel religioni Christianæ, vel studijs, vel patriæ laturus erat, si vigilias quas actionibus illis ludicris impendit, in res serias collocasset? NOS. Profecto miseret me Longolij, & vix habeo quod respondeã. BVL. Ad hęc testatur se scripsisse orationes quinq; in laudem vrbis Romæ. O pulchre collocatam operam. Quan to rectius eam collocasset, si ciuitatẽ illam atq; eos præcipue qui bonas literas ibi profitẽtur, orationibus aliquot elaboratis ad Christi cul tũ ac pietatis amorẽ inflãmare studuisset, In telligis Nosopone quid dicã, imò potius quid nõ dicã. At quibus tãdem vigiliarũ tantũ da tum est? Senatui? senatus, si quis omnino Ro mæ est, Latine nescit. populo? Barbare loqui tur, tantũ abest, vt dictione Tulliana capiatur. Sed valeant hæc ἐπιδεικτικά. Aduersus Mar tinũ Lutherũ rem agit & seriã & grauẽ. Vbi qui potuit esse Tullianus de rebus disserens, quas M. Tullius prorsus ignorauit? At oratio non potest esse Tulliana, id est optima, quæ nec tempori, nec personis, nec rebus cõgruit. Satis Tulliane cõuiciatur. Vbi tandem ventũ ad errorum capita recensenda, subobscurus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

est, & vix ab illis intelligitur, qui Lutheri dogmata tenent. Atqui hic res summam orationis perspicuitatem desiderabat, si voluisset esse Ciceronianus. Iam ex ipsa rerum propositione non difficile fuerit cõiectare qualis futurus fuerit in refellendis dogmatibus aduersarij suisq; confirmandis. Sedulo quidem vitat voces nostræ religionis, nunq; vsurpans fidei vocabulum, sed in eius locum substituens persuasionem, aliáque permulta quę prius attigimus, semel tamen atq; iterum vtitur nomine Christiani, per imprudentiam opinor. Nam ea dictio nusquam extat in libris M. Tulli. Quanquam & hic multa felicissime dixit, nec alia re magis peccauit, q̃ quòd nimis anxie studuit esse Ciceronianus, cui maluit orationem congruere quàm causæ. NOS. At tamen istis dictu mirum quàm nunc applaudant Itali quidam. BVL. Confiteor, laudant illa, sed ista legunt. Batui oratoris nænias, quæ Colloquia vocãtur, quanto plures terũt manibus q̃ Longolij scripta, q̃libet elaborata, quamlibet expolita, quamlibet Tulliana, & vt Græce dicam melius κεκροτημένα. Quid in causa? Quid? nisi quod illic res ipsa capit moratúrq; lectorẽ qualicunq; sermone tractata: ad hæc, quoniã thearica sunt & vita carent, dormitat lector stertitq;. Vtilitas etiam commẽdat mediocrẽ eloquentiam: quæ tãtum adferunt voluptatẽ, eadem diu placere non possunt, præsertim ijs, qui literas in hoc discunt, non solum vt poli-

tius dicant, verum etiam vt rectius viuant. In ſumma qui iuuenem illũ ad huius laudis ambitum inflammarunt nõ optime meriti ſunt, vel de ipſo, vel de re literaria. Sed de Lõgolio fortaſſe nimis multa. NOS. Prætercurriſti Iacobum Sadoletum ac Petrũ Bembũ, prudens opinor. BVL. Næ prudens, viros eximios, raraq́ horum temporum exempla nolui miſcere turbę. Petri Bembi nihil extat quod ſciam, præter aliquot epiſtolas, in quibus exoſculor, non modo dilucidum quoddam, ſanum &, vt ita dicam, Atticum dicendi genus, ſed probitatem, humanitatem ac ſingularẽ ingenij candorem in oratione velut in ſpeculo relucentẽ, nec alia re vel fortunatiorem vel ornatiorem iudico Longolium, quàm talium virorũ amicitia. At Iacobus Sadoletus cætera ferè æqualis Bembo, in cõmentario quem elegãtiſſimũ ædidit in pſalmum 50, non adeo affectat haberi Ciceronianus, vt non perſonæ decorum tueatur. Eſt enim epiſcopus Carpentoractenſis, vt nõ materiæ ſeruiat, ne in epiſtolis quidem, abhorrens à vocibus quibuſdã Eccleſiaſticis. Quid igitur? Non dixit Tulliano more? Non dixit: imõ dixit potius, qui eo modo dixit, quo probabile eſt ijſdem de rebus ſi viueret dicturum eſſe Ciceronem, hoc eſt, Chriſtiane. NOS. Multum ſuffragijs eruditorum tributum eſt Baptiſtæ Caſſelio. BVL. Oratio de lege agraria, quam paulo ante mortem ędidit, declarat illũ ſummo niſu Tullianæ dictio-

nis affectasse lineamenta, & hactenus propemodum assequutus est quod voluit: lucis habet plurimũ, verba nitida, compositionẽ suauem. Cæterum immane quantum est quod desideratur, si ad Ciceronem conferas. NOS. Certè Pontanum vno ore prædicãt omnes, huic Ciceronianæ dictionis palmam tribuunt eruditorũ centuriæ. BVL. Non sum vel tam ebes vel tam inuidus, vt nõ fatear Pontanũ multis egregijs ingenij dotibus virum fuisse summũ. Ac me quoq; rapit placido quodam orationis lapsu: verborũ dulce quiddã resonantiũ amœno tinnitu demulcet aures, demum splendore quodam perstringit dignitas ac maiestas orationis. NOS. Quid igitur obstat, quo minus illum fateare Ciceronianum? BVL. Meo iudicio nihil illius laudi vel accesserit vel decesserit. Quędam illius degustaui. Tractat materias prophanas, quasiq; locos communes, de fortitudine, de obedientia, de splendore, quæ tractata facillime nitescũt, atq; ex se facile suppeditant sententiarum copiam: easq; sic tractat, vt ęgre possis agnoscere Christianus fuerit nec ne. Similiter temperat stilum in libello de principe: Præterea non memini me quicq; illius legisse præter aliquot Dialogos ad Lucianum effictos. At ego non agnoscam Tullianũ, nisi qui res nostras, Ciceroniana tractet felicitate. In epigrammatibus plus tulisset laudis, si vitasset obscœnitatem, quod nec in dialogis satis cauet. In Meteoris & Vrania, quæ

siuit materiam quæ facile splendescit, & rem sanè felicem feliciter tractauit, nec illic requiro Christianam dictionem. In cæteris interdũ desidero decorum & aptum & aculeos quos M. Tullius in animo relinquit etiã posito codice. Certè ad istam legẽ quam tu nobis præscripseras, Ciceronianus nõ erit, in cuius scriptis sexcentas voces possem ostendere, quæ nusquam sunt apud Ciceronem. Postremo vides, q̃ infrequẽs sit in manibus Pontanus, vir, extra controuersiã in literis inter præcipuos numerãdus. NOS. Pontano successit Actius Syncerus, qui partũ virginis matris mire felici carmine descripsit, cui supra modum applausum est à Romano theatro. BVL. Testantur hoc abũde Leonis & Clementis breuia, sic enim hodie vocant, tum Ægidij Card. addita præfatio, ne cæteros commemorẽ, nec sine causa tantopere placuit. Mihi certe magna cum animi voluptate perlectum est opus vtrũq; Nam & Æglogas scripsit piscatorias. Quis autem talem indolem in iuuene Patritio non exosculetur? Hoc nomine præferendus est Pontano, quòd rem sacram tractare non piguit, quòd nec dormitanter eam, nec inamœne tractauit, sed meo quidẽ suffragio, plus laudis erat laturus, si materiã sacrã tractasset aliquanto sacratius: qua quidem in re leuius peccauit Baptista Mãtuanus, quanq̃ & aliâs in huiusmodi argumẽtis vberior. Nunc quorsũ attinebat hic toties inuocare Musas &

Phœbũ? Quàm quòd virginem fingit intentã præcipue Sibyllinis verſibus, quòd non aptũ Proteũ inducit de Chriſto vaticinantẽ, quòd Nympharũ, Hamadryadum, ac Nereidum plena facit omnia? Quàm dure reſpõdet Chriſtianis auribus verſus ille, qui, ni fallor, virgini matri dicitur: Tuq̃ adeo ſpes fida hominum, ſpes fida deorũ. Scio deorum metri gratia poſitum loco diuorum. Me quidem leuiter offendit in tot virtutib⁹, quòd Synalœphæ frequẽtes hiulcam reddunt cõpoſitionem. Ne multis: ſi carmen hoc proferas vt ſpecimen adoleſcentis poeticen meditantis, exoſculabor, ſi vt carmen à viro ſerio ſcriptum ad pietatem, longe præferam vnicum hymnum Prudẽtianum de natali Ieſu tribus libellis Actij Synceri, tantũ abeſt vt hoc carmen ſufficiat & ad proſternendum funda Goliam eccleſiæ minitantem, & ad placandum cithara Saulem furentem. Atq̃ haud ſcio, vtrũ ſit magis reprehendendum, ſi Chriſtianus prophana tractet prophane, Chriſtianũ ſe eſſe diſſimulans, an ſi materias Chriſtianas tractet paganice. Si quidem Chriſti myſteria nõ ſolũ erudite, verum etiam religioſe tractãda ſunt. Nec ſatis eſt tẽporaria delectatiũcula delinire lectoris animũ, excitandi ſunt affectus deo digni. Quod fieri non poteſt, ni penitus cognitum habeas argumentũ quod verſas: nec enim hic inflãmabis, ſi frigeas ipſe: nec ad amorẽ rerũ cæleſtium accedẽs lectorẽ, ſi tibi taliũ vel leuis admodũ,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vel nulla cura est. Hic si prẹsto sunt, vel vltro, nec accersita, vel nõ magno constantia dictionis ornamẽta, figurarum illecebrę, quibus fastidiosum lectorẽ allicimus, allectumq; remouemur, non arbitror reijcienda, modo primas teneant ea quæ præcipua sunt. Quale porrò sit, materiam piam ob hoc ipsum putere nobis, quòd pie tractata sit? At pie tractari qui potest, si nunq; dimoueas oculos à Virgilijs, Horatijs ac Nasonibus? Nisi forte quorũdam studium approbas, qui fragmentis Homericorũ aut Virgilianorũ versuũ, vndiq; decerptis, & in centonẽ cõsarcinatis Christi vitã descripserunt. Operosum sanè scribendi genus, sed cui vnq; ista lacrymulam extuderunt? Quẽ ad pietatem cõmouerunt, quem ab impura vita reuocarunt? Atqui nõ ita multũ dissimilis est istorum conatus, qui verbis, sententiolis, figuris ac numeris ex Cicerone congestis, conuestiunt argumentũ Christianũ. Quid enim laudis fert ille rhapsodus? Nempe quod accurate versatus est in Homero siue Virgilio. Quid fructus adfert hic Ciceronianus? Applauditur diligẽter in M. Tullii scriptis versato, sed tantum ab ijs, qui & ipsi in ijsdẽ versati, quid vnde decerptũ sit agnoscũt. Habet ea res voluptatẽ planè quandã, fateor, sed quũ apud perpaucos, tum eius generis, vt facile vertatur in satietatẽ, postremo quæ nihil aliud sit q̃ voluptas. Cæterũ illud sine quo Fabius negat esse mirabilẽ eloquentiam, quod in cõcitandis af-

fectibus ſitum eſt,prorſus abeſt.Et tamen no bis videmur Marones ac Cicerones. Dic mihi Noſopone,ſi quis argumentũ rapti Ganyme dis,elegãter conſtructũ operæ Muſaico diſſol uat,& ijſdem teſſellis aliter concinnatis expri mere conetur, Gabrielem cæleſte nunciũ ad ferentem virginí Nazarenæ,nónne durũ pa rumq; felix opus naſcetur, ex optimis quidẽ teſſellis, ſed minus argumento congruẽtibus? NOS. Poetas excuſat à priſcis conceſſa licen tia. BVL. Audies hic illud Horatianum, At non vt placidis coeant immitia,Non vt ſerpen tes auibus geminentur tigribus agni. Minus, opinor,cõuenit Muſís, Apollini, reliquisq; dijs poeticis, cum Chriſtianæ pietatis myſterijs, quàm ſerpẽtíbus cum auibus, aut tigribus cũ agnis,præſertim in argumento ſerio. Alioqui ſi quid obiter per iocum aſpergatur ex veterũ fabulis, ferendum arbitror magis quàm pro bandum. Oportebat enim omnem Chriſtia norum orationẽ reſipere Chriſtum, ſine quo nec ſuaue,nec ſplendidum eſt quicquam, nec vtile,nec honeſtum,nec elegans,nec facundũ, nec eruditum. Liceat ſanè præludere ad ſeria pueris. In veris,in ſerijs, quodq; grauius eſt, in pijs materijs, quis feret iſta paganica pro gymnaſmata? NOS. Quod igitur tuũ eſt con ſilium,vt Ciceronẽ abijciã è manibus? BVL. Imò vt ſemper in ſinu ſit potius eloquentiæ candidato, ſed quorundã moroſitas faſtidiũq; prorſus abijciendum eſt,qui ſcriptum alioqui

doctum & elegans reijcere solent & indignũ lectu iudicare, non ob aliud, nisi quòd ad Ciceronis imitationem non sit elaboratũ. Primum enim non quibuslibet ingenijs congruit Tulliana phrasis, vt male cessura sit affectatio, deinde si desunt naturæ vires, vt inimitabilẽ dicendi felicitatẽ assequaris, quid stultius, quàm in eo discruciari, quod non potest cõtingere? Ad hæc nec materiæ cuiuis, nec personis omnibus congruit Tulliana phrasis. Et si cõgueret, quædã negligere præstat, quàm nimio parare. Si M. Tullio tanti constitisset sua facundia, quanti nobis, aliqua ni fallor ex parte neglexisset orationis ornamenta. Nimio vero paratur, quod tanto ætatis, valetudinis ac vitæ etiã dispẽdio emitur. Nimio paratur, cui⁹ gratia disciplinas cognitu magis necessarias negligimus. Deniq; nimio paratur, quod pietatis iactura emitur. Si ideo discitur eloquẽtia, vt delectemus ocioſos, quid attinet rem scenicã tot vigilijs perdiscere? Sin vt persuadeamus quæ sunt honesta, efficacius dixit Phocion Atheniensis quàm Demosthenes. Sæpius persuasit Cato Vticẽsis, quàm M. Tullius. Iam si in hoc paratur eloquentia, vt scripta nostra terantur manibus hominum, & si citra studium contingeret Ciceronianæ dictionis similitudo, tamẽ arte varietas esset affectãda, qnæ lectoris nauseanti stomacho mederetur. Tantã vim habet in reb⁹ humanis varietas, vt nec optimis semper expediat vti. Nec vsquã non verum est il-

lud Græcorum prouerbio iactatum, μεταβολὴ πάντων γλυκύ. Nec alio nomine magis commendatur Homerus, & Horatius, quàm quòd rerum ac figurarum admirabili varietate, non sinũt oboriri tædiũ lectionis. Ad hanc nos natura quodãmodo finxit, suum cuiq; tribuens ingeniũ, vt vix duos reperias, qui eadem vel possint vel ament. Iam quum nihil sit humano stomacho delicatius aut fastidiosius, tum ad eruditionem parandam tantum voluminũ nobis sit deuorãdum, quis posset in perpetua lectione perdurare, si cunctorũ esset idem stilus, ac similis dictio? Præstat igitur vt in epulis, ita & in scriptis esse quædã deteriora quàm per omnia similia. Qualis autẽ esset ille conuiuator, qui quũ plurimos acciperet, inter quos vix duo palati iudicio consentiunt, cibos apponeret omnes eodem more conditos, etiãsi delitias Apitianas apponeret. Nunc dum alius alio dicendi genere capitur, fit vt nihil non legatur. Vt ne repetam, quod ipsa quoq; natura repugnat isti affectationi, quæ voluit orationẽ esse speculũ animi. Porrò quum tanta sit ingeniorum dissimilitudo, quanta vix est formarũ, aut vocum, mendax erit speculũ, nisi natiuam mentis imaginẽ referat, & hoc ipsum est, quod in primis delectat lectorem, ex oratione, scriptoris affectus, indolem, sensum, ingeniũq; cognoscere, nihilo minus, quàm si cõplures annos cum illo consuetudinẽ egeris. Et hinc diuersorum tam diuersa erga librorũ scriptores

ſtudia,prout quenqꝫ genius cognatus aut alie
nus,vel cõciliat vel abducit:haud aliter quàm
in formis corporũ, alia ſpecies alium delectat
offendit've.Dicam quid mihi contigerit. Ado
leſcens adamabã Poëtas omnes. Verum ſimul
atqꝫ ſum Horatio factus familiarior, præ hoc
omnes cæteri putere cœperunt,alioqui per ſe
mirabiles. Quid exiſtimas in cauſa fuiſſe, niſi
geniorum arcanam quandam affinitatem,quę
in mutis illis literis agnoſcitur? Hoc genuinũ
ac natiuũ non ſpirat in oratione nihil niſi Ci-
ceronem exprimentiũ.Quid quod probi viri,
quanquã parum felici forma nati ſunt,nolint
tamẽ appoſita perſona formoſiſſimi cuiuſpiã
mentiri ſpeciem,ac ne pingi qnidem alia for-
ma ſuſtineant quàm dedit natura, quòd turpe
ſit mentita facie imponere cuiquã,& ridicula
res ſit mendax ſpeculum aut aſſentatrix ima-
go. At turpius mendaciũ ſit,ſi quum ſim Bu-
lephorus, velim haberi Noſoponus, aut alius
quilibet. An non igitur ab eruditis merito ri-
dentur improbi quidã,qui viros alioqui doctos
& eloquẽtes ac nominis immortalitate dignos,
non alio nomine reijciunt ac velut è bibliothe
cis ſubmouẽt,quòd ſeipſos ſtilo maluerint ex-
primere quàm Ciceronẽ,quum impoſturę ge
nus ſit teipſum nõ exprimere,ſed álienæ for-
mæ pręſtigiũ oculis homínũ obijcere.Et haud
ſcio an ſi liceat ita permittẽte deo,multos in-
uenturi ſimus,qui totam corporis ſui ſpeciem
velint cum aliena cõmutare, multo pauciores

arbitror fore,qui mẽtem & ingenium totum cum alterius ingenio ſint permutaturi. Primũ quòd nemo velit alius eſſe q̃ eſt, deinde quòd ſuis quiſqꝫ dotibus ſic temperatus eſt naturæ prouidentia,vt etiam ſi quid adſit vitij,virtutibus adiunctis paria faciat. Habet animus faciem quandam ſuam in oratione velut in ſpeculo relucentẽ,quam à natiua ſpecie in diuerſum refingere,quid aliud eſt,quàm in publicũ venire perſonatũ? NOS. Vide ne quod aiunt, ſepta tua trãſiliat oratio,quæ mihi videtur eò prouecta,vt damnet omnem imitationẽ,quũ rhetorica tribus potiſſimũ conſtet,præceptis, imitatione & vſu,niſi forte qui M. Tulliũ imitantur faciem alienam aſſumunt,qui cæteros, ſuam habẽt. BVL. Amplector imitationem, ſed quæ adiuuet naturam,non violet:quę corrigat illius dotes non obruat:probo imitationem,ſed ad exemplũ ingenio tuo congruens, aut certè non repugnans,ne videare cum gigantibus θεομαχεῖν. Rurſus imitationẽ probo non vni addictã præſcripto,à cuius lineis non auſit diſcedere, ſed ex omnibus authoribus quod in quoꝫ pręcellit maxime,tuóꝫ cõgruit ingenio decerpentẽ,nec ſtatim attexentem orationi quicquid occurrit bellum,ſed in ipſum animum velut in ſtomachum traijcientem,vt trãſfuſum in venas,ex ingenio tuo natum non aliunde emendicatum eſſe videatur, ac mentis naturæq́ꝫ tuæ vigorẽ & indolẽ ſpiret,vt qui legit non agnoſcat emblema Cice-

roni detractum,sed fœtum è tuo natum cere
bro, quemadmodũ Palladem aiunt è cerebro
Iouis,viuam parentis imaginem referentem,
nec oratio tua cento quispiam videatur aut o-
pus Musaicum,sed spirãs imago tui pectoris,
aut amnis è fonte cordis tui promanans . Sit
autem prima præcipuáq; cura penitus cogno
scendæ rei quam tractandum suscipis.Ea tibi
suppeditabit orationis copiam,suppeditabit af
fectus veros ac natiuos.Ita demũ fiet, vt tua
viuat, spiret,agat,moueat & rapiat oratio,téq;
totum exprimat.Nec statim adulterinum est,
quod accedit ex imitatione . Est aliquis cultus
qui nec virum dedecet , & natiuam formam
commẽdat,veluti lotio,vultus moderatio, sed
in primis cura bonæ valetudinis.Iam si tuam
faciem velis ad eius speciem componere, qui
tibi dissimillimus est.nihil agas. Cæterum si
videris in quopiam tui non admodum dissi-
mili,effusiore risu,immodicaq; rict9 diductio-
ne dehonestari formã,aut adductione super-
ciliorũ,corrugatione frontis,subductione na-
si,reductione labiorũ,aut improba oculorum
sublatione, alijsq; similibus minus decentem
reddi faciẽ,potes his vitatis tuam formã red-
dere meliorẽ,nec tamen vultũ sumes alienũ,
sed tuũ componẽs. Item vides alterũ parum
decere cesariem impexam, aut æquo promis-
siorem,tuam licebit corrigere.Rursum si con
spexeris in alio quantũ addat gratię,frõtis hi-
laritas modesta,oculorum verecundia,totúsq;

vultus habitus ad probitatem compositus, vt nec torvum quicquam aut insolens, nec leue aut incompositum præ se ferat, non erit præstigium, si tuum vultum ad huius imitationẽ formaris. Siquidẽ in te situm est, vt & animus vultui respõdeat. Quoniam autẽ varia est formarum gratia, ne statim existimes deterius, quod dissimile est illi, cuius formam miraris. Nam, quemadmodum diximus, fieri potest, vt qui inter se dissimillimi sunt, æquales tamen sint. Nec quicquam vetat, quin Ciceroni dissimillimus, potior sit eo, qui Ciceronis lineamẽta propius exprimit. Age ponamus aliquantisper nostros amores, ex iudicio rationis, nõ ex affectu feramus sententiam: si tibi tua Pitho det optionẽ, vtrum pro Nosopono Quintilianus esse malis, an is qui de rhetoricis scripsit ad Herẽnium, vtrum eliges? NOS. Equidem malim esse Quintilianus. BVL. Et tamẽ alter quanto Ciceroni similior est. Vtrũ malles esse, Sallustius, an Q. Curtius? NOS. Malim esse Sallustius. BVL. At Q. Curtius propius accedit ad Ciceronem. BVL. Vtrum malles esse Leonardus Aretinus, an Laurentius Valla? NOS. Malim Valla. BVL. Leonardus tamẽ Ciceroni vicinior est. Vtrum malles esse Hermolaus Barbarus, an Christophorus Landinus. NOS. Barbarus. BVL. At alter propinquior est M. Tullio. Vtrum males esse Politianus, an Paulus Cortesius? NOS. Politianus. BVL. At alter videri postulat Ciceronia-

nus. Iam vtrum malles esse Tertullianus, hæresim excipio, an Beda? NOS. Tertullianus. BVL. At Beda plus habet phraseos Ciceronianæ. Vtrũ malles esse Hieronymus an Lactantius? NOS. Hieronymus. BVL. At alter quantus est Ciceronis simius. Vides igitur nõ continuo melius dicere eum, qui propius accedit ad Ciceronẽ, nec peius qui dissimilior est. Deniq; quemadmodũ plures esse possunt Atici, qui tamen inter se dissimillimi sunt, ita nihil vetat, quo minus plures dicantur Ciceroniani, qui dicendi virtutibus pares sint, quum similes non sint. At quis ferat sciolos quosdã, miro supercilio reijcientes, quicquid non referat lineamenta Tuilianæ phraseos, quam verbulis duntaxat, figuris & numeris, expendũt. Frigide sectatur Tullianam phrasim, qui non multorum authorũ lectione, multarũ disciplinarum scientia, multarum cognitione rerum instructus accedit, ne repetam quod dictum est de vi naturæ & prudentia. Feram tamen hanc ineptam gloriolam in adolescẽte: feram in doctis, qui hunc neuum multis egregijs dotibus pensant: quis ferat senes qui nihil aliud captant, quàm vt sint Ciceroniani, qui viros ipsis & eruditiores & eloquentiores eradũt ex albo scriptorum, quod ausint à Ciceronis lineamentis alicubi recedere, quum ipsi ferè adeo Ciceroniani non sint, vt subinde destituãtur grammaticæ præsidijs. Non exprimam quorundam nomina, quibus fortasse in votis sit

vel ſic innoteſcere. De Bartholomeo Scala dicam, cui Hermolaus & Politianus viſi ſunt parum Ciceroniani, ipſe ſibi Tullianus eſt viſus, vtcunq; diſſimulat. At ego malim ſomnia Politiani, quàm quæ Scala ſobrius, ſummóq; ſtudio elaborauit. Paulus Corteſius non diſſimulat huius affectationis ſtudium, ſed deum immortalem, quãto longius illius epiſtola diſcrepat ab imagine Ciceronis, quàm Politianica cui reſpondet. Sed non alia re mihi videtur Ciceroni diſſimilior Corteſius, quàm quòd toto ferè ſermone aberrat à ſcopo. Sic enim agit cauſam, quaſi Politianus deterreat ab imitatione Ciceronis, tum quaſi nolit eum qui ſcribit vllum ſcriptorem ſibi imitandum proponere, quum eos taxet, qui nulla lectione bonorum authorum, nulla eruditione, nullo vſu inſtructi, tantum hoc moliuntur, vt Ciceronis expri mant lineamenta, quos ob id ſimios appellat Ciceronis. Taxat eos qui ex Cicerone verba fruſtillatim mendicant, qui ſemper alienis ingrediuntur veſtigijs, quum nihil ex ſe gignãt, qui nihil aliud q̃ imitantur, & verbula duntaxat imitãtur. Hos negat ſe ferre poſſe, qui quũ nihil minus ſint q̃ Ciceroniani, tamẽ Ciceronis titulo ſeſe venditantes, nõ verẽtur de ſummis viris pronunciare. Proinde monet amicũ, vt poſtea q̃ Ciceronem primum at nõ ſolum, ſed cum alijs multis eximijs ſcriptoribus diutina lectione contriuiſſet, edidiciſſet, concoxiſſet, tum demũ ſi quãdo pararet aliquid ſcri-

bere, poneret morosam illam & anxiam soli-
citudinem imitãdi tantum Ciceronem, nunq̃
à lineamentis illius oculos deflectẽs, quod hęc
anxietas efficiat, vt minus hoc ipsum assequa-
ris quod sequeris. An hoc est deterrere ab imi
tatione Ciceronis? Nũ hoc est docere neminẽ
omnino imitandũ esse? An is qui varia lectio-
ne instructus, atq̃, vt ita dicam saginatus, dũ
scripturienti, quod in quoq̃ legit optimũ, ve-
nit in mentem, nõ imitatur aliquẽ etiamsi nõ
illis seruit, nec assidet, sed suos affectus ac rem,
de qua parat dicere, adhibet in consilium? At
Cortesius negat sibi placere simios Ciceronis,
Similem, inquiens, volo mi Politiane, non vt
simiam hominis, sed vt filium parentis, eadẽ
loquẽs quæ dixerat Politianus. Id multis ver-
bis prosequutus, tandem velut immemor sui,
fatetur se malle esse simium Ciceronis quàm
aliorum filium. Si vox hæc, aliorum, comple-
ctitur Sallustium, Liuium, Quintilianum, Sene
cam, quis non malit se esse similẽ illis, quem-
admodum filius similis est patri, quâm sic esse
similis M. Tullio, quemadmodum simia simi-
lis est homini? Post hæc multa cõgerit in eos
qui sese ingurgitant varia lectione, nec ea
quæ legunt concoquunt. Horum orationem
existere scabram, inconditam, & asperam. Sed
quid hæc ad epistolam Politiani? Si sentit cum
illo, quur ita respondet quasi dissentiat? Si dis-
sentit, quæ Politianus probat erant refellen-
da. Nam illud vel maxime Ciceronianum est,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dispicere quid sit in controuersia, quid conue niat cũ aduersario,& in quo sit causæ status, neque quicquam extra causam dicere. Proinde prolixam epistolam elaborauit Cortesius, magis quàm Ciceronianam, cui velut aliena loquenti nihil respondit Politianus. At Politianus qui audiebat non Ciceronianus, quanto melius Ciceronem exprimit breuiore licet epistola, non tantũ sententiarũ argutia, verum etiam verbis aptis, elegantibus ac significantibus. Neq; vero mihi dicuntur hæc in fugillationem Cortesij: nec enim contumelioſum est postponi vix cuiquam imitabili Politiano: sed vt adolescentibus exemplo commonstretur, quid sit vere Ciceronẽ exprimere. HYP. Tot ambagibus nos circumagis Bulephore. vt parum absit, quin ex Hypologo fiam Hyponosus. Quin tu simpliciter explana, quid de Cicerone, quidq; de hoc imitando sentias. NOS. Hoc ipsum & ego peruelim: nã eò propemodum tua me perduxit oratio, vt statuerim tuis obtemperare cõsilijs. BVL. Nihil arbitror restare, nisi vt quæ sparsim dissерta sunt hactenus, in compendiũ contrahamus. NOS. Quis tibi videtur M. Tullius? BVL. Dicendi artifex optimus, atq; etiam vt inter ethnicos vir bonus, quem arbitror si Christianã Philosophiã didicisset, in eorum numero cẽsendum fuisse, qui nunc ob vitam innocẽter piéq; transactã pro diuis honorantur. Artem & vsum in illo plurimum valuisse fateor, sed multo maximã

eloquentiæ ſuæ partem debuit naturæ, quam nemo ſibi dare poteſt. Nec alium è Latinis ſcriptoribus arbitror magis habendum in ſinu pueris & adoleſcentibus, qui in eloquentię laudem educantur. Poetarum tamen lectionẽ volo priorem eſſe, quòd hoc Muſæ genus magis conuenit ætati teneræ. Nec quenq̃ ad Ciceronis imitationẽ vocari volo, niſi prius cognitis artis rhetoricæ præceptis. Poſthæc adeſſe volo commonſtratorem artis, veluti ſolẽt pictores diſcipulis in tabula quapiam inſigni demonſtrare, quid ex arte factum ſit, quid cõtra. Rurſus M. Tullium in parte ſtudiorum, præcipuum ac primum eſſe volo, non ſolum, nec ſequendum tantum puto, ſed imitandum potius, atq̃ æmulãdum etiam. Etenim qui ſequitur, alienis ingreditur veſtigijs, & ſeruit præſcripto. Porrò vere dictũ eſt, eũ non poſſe bene ambulare, qui pedem ſemper ponit in alieno veſtigio: nec vnq̃ bene natare, qui non audet abijcere ſuber. Imitator autem nõ tam eadem dicere ſtudet quàm ſimilia, imò ne ſimilia quidem interdũ, ſed paria magis. Æmulator vero contendit etiã melius dicere ſi poſſit. Nullus autem fuit vnq̃ tam abſolutus artifex, in cuius opere non aliquid deprehendas, quod melius reddi poſſit. Ad hæc nolim hanc imitationem nimis anxiam ac ſuperſtitioſam eſſe. Nam hoc ipſum obſtat quo minus efficiamus quod volumus. Nec ita cenſeo M. Tullium adamandum, vt à cæteris omnibus

abhorreas, sed optimos quoq; primum legendos, & ex optimis, quod in quoq; est optimũ excerpendum: neq; enim est necesse, vt quenq; totum imiteris. Nec illos aspernãdos censeo, qui dictionem quidem non multũ iuuant, sed tamen rerum copiam suppeditant, velut Aristoteles, Theophrastꝰ, & Plinius. Ad hęc nolim quenq; sic addictũ esse Ciceroni imitando, vt à suo recedat genio, & valetudinis vitæq; dispendio consectetur, quod repugnãte Minerua non possit assequi: vel nimio constaturum sit, si tandem assequatur. Præterea nolim hoc solum agi, nec ita laudem Ciceronianę dictionis ambiendam arbitror, vt liberales disciplinas, cum primis necessarias, negligas. Ab istis vero velut à peste cauendũ, qui clamitant esse nefas vti voce, quæ non reperiatur in libris Tullianis. Posteaq; enim ius Latini sermonis desijt esse penes vulgarem cõsuetudinẽ, quicquid vocabulorum deprehenditur apud idoneos scriptores, vsurpemus nostro iure, quum opus est, si durius obsoletumq; videtur, quòd à paucis sit vsitatũ, nos in lucem proferamus, crebraq; ac tẽpestiua vsurpatione molliamus. Quæ tandem inuidia sit, quum veteres Græcorum voces mutuo sumpserint, quoties Latinæ vel deerant, vel minus significantes habebantur, nos vbi res postulat à dictionibus, quas apud probatos authores cõperimus tẽperare? Nec minore studio fugiendi videntur & illi, qui reijciendum & omnino lectu indi-

gnum vociferari ſolent,quicquid verbis, for-
mulis & numeris non effictum ſit ad Cicero-
nis imitationem,quum liceat diuerſis virtuti-
tibus,ſi non ſimiles,certe pares eſſe Ciceroni.
Abſit â nobis hæc faſtidioſa moroſitas, quin
potius quod Naſo ludens narrat ſibi accidiſſe
in puellarũ amoribus, id nos ſerio præſtemus
in authorum lectione. Illi proceram commen-
dabat puellam,quòd heroina videretur,breuis
placebat ob cõmoditatem,primam ætatẽ flos
ipſe commendabat, grandiorem rerum vſus,
in illiterata delectabat ſimplicitas , in erudita
ingenium,in cãdida coloris gratiam amabat,
in fuſca neſcio quid latentis gratiæ ſibi finge-
bat. Eodem candore ſi nos ex ſingulis ſcripto-
ribus excerpemus quod habent probandum,
nullũ faſtidiemus,ſed ex omnib⁹ aliquid deli-
babimus,quod noſtrã condiat orationẽ. Cęte-
rum illud ante omnia prouidendũ,ne ſimplex
ac rudis ætas Ciceroniani cognominis præ-
ſtigio decepta, ꝓ Ciceroniana fiat pagana. Vi-
demus enim huiuſmodi peſtes nondũ prorſus
extinctas, ſubinde meditari repullulaſcentiã,
ſub hoc fuco veteres hæreſes, ſub alio Iudaiſ-
mum,ſub alio paganitatem. Sic ante complu-
res annos factiones oriri cœperant apud Ita-
los, Platonicorũ & Peripateticorũ . Faceſſant
hæc diſſidiorũ cognomina,ea potius inculce-
mus,quæ & in ſtudijs,& in religione,& in o-
mni vita,cõciliẽt alãtq; mutuã beneuolentiã.
Proinde de rebus ſacris primũ ea combiben-

da est persuasio, quæ vere Christiano digna sit. Id si fiat, nihil videbitur ornatius cælesti philosophia, nihil suauius Iesu Christi nomine, nihil venustius vocabulis, quibus ecclesiæ lumina res arcanas tractarunt. Nec videbitur illius sermo venustus, qui non congruit personæ, nec rebus est accommodatus, mõstrosus etiam qui res pietatis tractat verbis impiorũ, quiq; materiam Christianam Paganicis nugis cõtaminat. Quod si quid hic veniæ datur adolescentiæ, ne sibi sumat idem iuris ætas prouectior. Qui sic est Ciceronian⁹, vt parum sit Christianus, is ne Ciceronianus quidem est, quod non dicit apte, nõ penitus intelligit ea. de quibus loquitur, nõ afficitur his ex animo de quibus verba facit. Postremo non eodem ornatu tractat res suæ professionis, quib⁹ Cicero tractauit argumenta suorum temporũ. Huc discuntur disciplinæ, huc philosophia, huc eloquentia, vt Christum intelligamus, vt Christi gloriã celebremus. Hic est totius eruditionis & eloquẽtiæ scopus. Admonendi sumus & illud, vt quod in Cicerone præcipuũ est imitemur. Id nõ in verbis, aut oratiõis superficie, sed in rebus ac sententijs, in ingenio consilioq; situm est. Quid enim refert, si filius parentem oris lineamentis referat, quum ingenio moribusq; sit dissimilis? Postremo si nõ continget nobis, vt istorum suffragijs Ciceroniani dicamur, moderate ferendũ est, quod nobis cum tot egregijs viris, quos ante recen-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſuimus, commune eſt. Stultum eſt ſequi quod aſſequi non poſſis: Delicatum eſt ob id miſe re diſcruciari, quod tot eximij ſcriptores æquo tulerunt animo: Indecorum eſt affectare, quæ nobis non congruunt: Ineptum eſt aliter vel le dicere, quàm res poſtulat: Inſanum eſt tan tis vigilijs emere, quod vix vſquam ſit vſui fu turum. Huiuſmodi fermè pharmacis medi cus ille meo me morbo liberauit, quæ ſi non grauabimini deuorare, ſpero futurum, vt & te Noſopone, & te Hypologe febris iſta relin quat. HYP. Ego ſanè iam dudum morbo le uatus ſum. NOS. Et ipſe propemodum, niſi quòd mali diu familiaris etiamnum reliquias aliquas ſentio. BVL. Iſtæ paulatim elaben tur, & ſi quid opus erit, denuo τὸν λόγον me dicum accerſemus.

FINIS.

ERASMVS ROT. IOANNI EMSTEDIO CARTVSIANO S. D.

QVum huc ętatis peruenerim, vir integerrime, tamen ipsa re comperi, me mihi nondum satis notum esse. Siquidem existimabã me tum philosophiæ pręceptis, tum diutina peneq; perpetua malorum ferendorum assuetudine, satis instructum aduersus istos vulgares, ac ꝑpè quotidianos casus, quos à mulierculis etiã videm⁹ moderate ferri. Cęterum amici Ioannis Frobenij mors inopinata, sic afflixit animũ meum, vt mœrorẽ nullis auocamẽtis potuerim eximere præcordijs. Iã tẽpus, quod acerbissimis etiã dolorib⁹ mederi solet, adeo non lenijt ægritudinẽ, vt paulatim magis ac magis increuerit dolor, quẽadmodũ solet lentũ & insidiosum quoddã febris gen⁹ obrepere, quo nõ aliud aiunt immedicabilius esse. Exedebat me reluctantẽ cura, penitus medullis insita. Tãto potentius est quod cõgluti-nauit animo inductio mutuaq; beneuolentia, q̃ quod natura coniũxit. Quàm hic mecũ litigaui, quibus cõuicijs meam mihi mollicię exprobraui? Vbi nũc est, in quam, ille rhetor, qui splendidis dictis solet aliorum mœrorem vel eximere vel obiurgare? Vbi philosophus ille Stoicus, domitor humanorum affectuum? Vbi Theologus, qui docere cõsueuit piorũ homi-

num mortem,non luctu lachrymisq́,ſed gratulationibus plauſuq́ proſequendã eſſe? Quid multis? Nuſquã me magis puduit mei. Nunq̃ enim antehac expertus ſum quantam vim haberet ſyncera amicitia,ac mutuus animorum nexus. Fratris germani mortem moderatiſſime tuli,Frobenij deſideriũ ferre non poſſum. Non iraſcor dolori meo nimirum iuſtiſſimo, ſed immodicum nimisq́ diuturnum eſſe indignor. Porrò quemadmodũ non erat ſimplex amor quo viuum proſequebar, ita nec erepti ſimplex me cruciat deſiderium. Magis enim amabã illum ob liberalia ſtudia,quibus ornandis prouehendisq́ vir ille,fatorum prouidentia datus videbatur, quàm ob animum in me propẽſum,moresq́ candidiſſimos. Quis enim tale non amet ingeniũ? Solus erat amico amicus,tam ſimplex ac ſyncerus,vt etiam ſi quid voluiſſet. ſimulare aut diſſimulare,non potuiſſet repugnante natura, tam promptus & alacer ad bene merendum de omnibus, vt indignis etiam ex ipſo beneficij quippiam acceſſiſſe gauderet. Vnde & furacibus ac decoctoribus erat & gratus & idoneus. Ereptam furto, aut à malæ fidei debitoribus interceptã pecuniã,ea ſolet alacritate cõmemorare,qua lucrũ præter ſpẽ obiectũ,alij. Fide tam incorrupta, vt in neminẽ magis cõgruat illud,Dignus qui cũ in tenebris mices: atq́ vt ipſe fraudẽ nemini machinabatur,ita de nullo tale quicquã ſuſpicari poterat,tãetſi non raro deluſus. Quid

esset inuidiæ morbus, nihilo magis imaginari potuit, quàm ij qui cæci nascũtur, animo fingere possunt, quid sit color. Offensas quanuis capitales prius condonabat, quàm rogaret is qui offenderat, Nec vllius omnino iniuriæ poterat meminisse, cõtrà nullius quãlibet vulgaris officij poterat obliuiscí. Atq; hic sanè mea sententia, melior erat interdũ, quàm expediebat vigilãti patrifamiliâs. Admonebã interdũ, vt in synceros amicos esset qualẽ esse deceret; in impostores verbis duntaxat benignus esset, interim sibi cauẽs ne damnũ cum ludibrio lucrifaceret. Arridebat humaniter: Sed surdo canebã fabulã. Vicit omnia monita naturæ candor. Mihi vero quas nõ tẽdebat insidias, quas non venabatur occasiones, vt aliquid obtrudere muneris? Nec vnquã vidi lætiorem, quàm quum vel dolo perfeciset, vel precibus impetrasset, vt aliquid acciperẽ. Hic aduersus hominis captiones erat opus cautione maxima, nec vsquã magis opus erat mea rhetorica, quàm ad excogitandũ colorẽ, quo citra molestiã amici, recusarẽ quod ingerebat. Tristem enim illũ videre nõ sustinebã. Si fortè pannus ad vestẽ erat emptus per famulos meos, ille subodoratus, me nihil suspicãte iam soluerat. Nec vllis precibus adigi potuit vt reciperet. Arte simili fallẽdus erat, si voluissem illum eximere damno. Tale certamẽ inter nos fuit assidue, longe diuersum à vulgi moribꝰ, dum alter hoc agit vt abradat quamplurimum, alter agit vt det

quamminimũ. Ne quid omnino daret, effice-
re non potui,certè moderatiſſime illius beni-
gnitate vſum eſſe me, teſtabitur, vt arbitror,
omnis illius familia. Mihi quicquid laborũ ſu-
ſcipiebatur,amore ſtudiorũ ſuſcipiebatur. His
quũ ille cohoneſtãdis,illuſtrãdis,prouehẽdisq;
natus videretur,nec vllum defugeret laborẽ,
nullas vigilias,ſatis magnũ quæſtũ eſſe ducẽs,
ſi bonus author cũ dignitate prodiret in ma-
nus hominũ. qui potuiſſem in hominẽ ſic ani
matum prædonẽ agere? Si quãdo nobis ac cæ
teris amicis oſtẽdebat primas paginas magni
cuiuſdã authoris,vt geſtiebat gaudio,quæ vul
tus alacritas,qui triumphi? Diceres illum iam
tum totius operæ fructũ cumulatiſſime perce
piſſe,nec aliud expectare præmiũ. Nõ hic at-
tollam Frobenij laudes aliorũ vituperationes.
Nimis notum eſt,quos authores,quàm men-
doſe,quàm ſordide excuſos nobis typographi
quidã etiam è Venetia Romaq; miſerint. Ex
huius autẽ domo paucis annis,quę volumina,
quanta cum dignitate prodierunt? Eoq; ſuam
officinã à contentioſis libellis, vnde quæſtum
haud mediocrẽ fecerũt alij, ſemper immunẽ
ſeruauit,ne literas ac diſciplinas aliqua conta-
minaret inuidia. Hieronymum bis excuderat.
Ab Auguſtino pari cum dignitate rurſus ex-
cudẽdo,quũ amici cõplures,in quibus & ipſe,
deterrerẽt,tamẽ totum animũ ſic huc appule
rat, vt inter familiares ſubinde dicere ſolitus
ſit,ſe non optare longius vitæ ſpacium quàm

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quod absoluendo sufficeret Augustino. Primũ ac secundũ Tomos vidit absolutos. Pium erat hominis votum,& erat animus ille dignus immortalitate, sed aliter visum æterno numini, cuius in abdito sunt consilia, quæ nobis scrutari fas non est,reprehẽdere nefas. Ætas erat prouectior, sed valetudo ita prospera,vegeta, vt per omnẽ vitam nunquã morbo decubuerit. Ante annos sex è summis gradibus in solum lateritiũ decidit,casus erat plus quàm letalis,cõualuit tamen,sed vt solet,mali reliquijs in corpore residentibus,vtcunq; dissimulabat ille. Tam erat animi generosi,vt puderet dolere. Anno prius quàm moreretur,corripuit illum grauissim9 cruciatus circa talum dextri pedis. Ibi præsto erãt medicorũ officia,quæ nihil aliud quàm exasperabant malum,dum de morbi genere dissentiẽtes,alij aliud admouent remediũ,nec deerãt qui authores essent pedẽ resecandũ esse. Tandẽ aliunde venit medicus, qui dolorem hactenus sedaret, vt & tolerabilis esset, & somni cibiq; sumendi permitteret facultatem. Demum ita confirmatus est,vt bis equo proficiscereturFrancfordiã,malo in dextri pedis digitos relegato,quos solos flectere nõ poterat,cætera valẽs. Tum à me tum à medico frequẽter monitus,vt rarius prodiret in publicũ,aut vestitu contra frigus munitior prodiret,non obtẽperauit,pudẽdum esse ratus, si quicquã omnino pristinæ cõsuetudinis omittens,morbi speciẽ præ se ferret. Iam & duos

manus dextræ digitos ſtupor occuparat: morbi imminentis præludiũ. Diſſimulauit & hoc, parum virile ducens quicq̃ morbo concedere, Deniqꝫ dum in ſublimi agit neſcio quid, correptus, vt eſt probabile, vi morbi, in pauimentum decidit pronus, non ſine graui cranij vulnere. Delatus in lectũ nec oculos attollebat, nec vllum ſenſus indiciũ dedit, nec vllam omnino vitæ ſignificationẽ, niſi quòd manũ ſiniſtram mouebat, nam dextrũ latus omne diſſimulata paralyſis ſtupefecerat. Ita biduũ cõſopitus, ſub mortẽ experrectus eſt, ægre paulũ diductis oculi ſiniſtri genis, lingua tamẽ immobili: nec ſuperuixit vltra ſex horas. Ita noſter Frobenius rebus humanis exemptus, ad vitã tranſijt feliciorẽ, Vxori, liberis, amicis, acerbo luctu, toti ciuitati notisq̃ omnibus graui ſui deſiderio relicto. Ob huius mortẽ decebat omnes qui colũt bonas literas, pullatos, lachrymas & luctũ ſumere, apio, floſculisq̃ ſepulchrũ ornare, lymphas aſpergere, odores adolere, ſi qd talibus officijs proficeretur: Certe illud erit gratitudinis, vt omnes defuncto bene precemur, memoriámq̃ laudibus debitis celebremus. Officinæ Frobenianæ faueamus, quę nõ ſolum non ceſſabit ob heri ſui deceſſum, ſed ſumma vi adnitetur, vt quod ille inſtituit, ſemper in maius meliúſq̃ prouehatur.

Epitaphia Dorpiana ſerius accipis fortaſſe q̃ expectaras, ſed tamen cum fœnore, quod moram excuſet.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

EPITAPHIVM IOANNIS FROBENII PER ERASMVM ROTERODAMVM.

Arida Ioannis tegit hic lapis ossa Frobeni,
Orbe viret toto, nescia fama mori.
Moribus hanc niueis meruit studijsq; iuuãdis,
Quæ nunc mœsta iacent orba parente suo.
Retulit, ornauit veterũ monumẽta sophorũ,
Arte, manu, curis, ære, fauore, fide.
Huic vitã in cælis date numina iusta perhẽnẽ,
Per nos in terris fama perhennis erit.

Eiusdem in eundem Græce.

Ωδ' Ἰωαννης καθεύδει τυπογράφος Φροβέννιος,
Οὐδέμ' ἄλλῳ πλέον ὀφείλει τὸμ λόγον σπουδάσματα.
Μὴ νεκρὸν θρηνεῖτε, ξῆ γὰρ καὶ πνέει πνεύσῳ ἀεὶ,
Τῇτε ψυχῇ, τῇτε φήμῃ, τοῖς τε βίβλων λειψάνοις.

In Ioannem Frobeniũ Glareani.

Est Nemesis, sũt fata bonis planè inuida reb⁹,
Numinaq; humanis læta subinde malis.
Restitui Musas sacrasq; Frobenius artes,
Sustuli ab immundo squalida multa situ,
Maiestas Euangelica, ac sacer ille virorum
Proximus à Paulo qui solet esse chorus,
Multa mihi debẽt, debet lingua vtraq; multa,
Debet & officijs docta iuuenta meis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hic ſcopus vnus erat,cũctis prodeſſe,nocere
Nemini,amare bonos & tolerare malos
Mors rapuit,mors fortunę grauis ęmula nr̃ę.
Heu quò priſca fides,quò pietatis amor?
Simplicitas prudens,rerũ prudentia ſimplex,
Extulerint clarum nomen in aſtra meum.
Eſt mihi ſementis multo ſudata labore,
Aſt alij letæ commoda meſſis habet.
Nil q̃ror,haud fallet mea mercesvnica chriſtꝰ,
Fœnore centuplici qui benefacta refert.

Hilarij Bertulphi elegia in de=functum Io. Frobenium.

Lis orta in cælis, ſacer ille Hieronymus ante
Aphro incedebat comptior Aurelio.
At nunc Aurelius capit Auguſtinus honorẽ,
Et cultum hunc,illi quem Baſilæa dedit.
Dalmata Zelotypꝰ Parcas adit,vt vel Eraſmo
Vel rumpant viridi ſtamina Frobenio.
Cõtra orat iunior Vafer hic,exorat,vt eſt bos
Laſſus,humi figens fortius ille pedem.
Paucos Frobenios,ſed nullũ prorſus Eraſmũ,
Inueniemus ait ex tribus vna ſoror.
Sic deſiderio duplicent vt fila,vel Oſſa
Reclamante,data eſt optio Frobenio,
Vtrum ſe malit ne an fato occũbere Eraſmũ,
Quo ſine conſultum non erit Aurelio.
Tum vero pietas in apertum inſigniter illo,
Prolata articulo Frobeniana fuit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Protinus extincto ne tanta darentur Erasmo
Damna pijs studijs, maluit ipse mori.

Erasmus Roterodamus in Brunonem Amerbachium.

Hic iacet ante diem fatis ereptus iniquis,
Gentis Amerbachiæ gloria prima Bruno.
Non tulit vxori supereſſe maritus amatæ,
Turtur vt ereptæ commoriens sociæ.
Hũc blãde lugẽt charites Musæq; trilingues,
Canáq; cum casta simplicitate fides.

Iacobi Volcardi Bergensis in Martinum Dorpium.

Nos velut extinctũ te Dorpi plangimus, at tu
Viuis, & optata nunc frueris requie.
Nos tibi Nestoreos toties optauimus annos,
Vicit vota deus, quippe perennis eris.

Eiusdem in eundem distichon.

Ζῶμ θνητοῖς ἄρα πᾶσι φίλος, χαρίεσσα ἔπεσθα,
Νῦμ δὲ μετ' ἀθανάτοις δόρπιε λόρπος ἔλαις.

Erasmi Rot. in Iacobum paulo post defunctum.

Dum Dorpium assidere mensis cælitum
Iacobe gaudes, ille eódem te vocat,
Ita nos vicissim gratulamur & tibi,
Datum esse, mensis assidere cælitum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Epitaphium Martini Dorpij per Conradum Goclenium.

Mortalem posui vitam, sed fœnore multo,
Nanq; æterna mihi bis modo vita datur.
Corpore quod posito superis mẽs addita diuis
Æternum æternis est fruitura bonis.
Hæc sunt insonti post funera reddita vitæ
Præmia, promeruit hoc pietatis amor.
Cuius inextincto mihi mẽs flagrauit ab igni.
Omnis terroris libera, nixa deo.
Nec minus in terris est vita superstite fama
Parta, sed hanc artes contribuere bonæ.
Quarũ cultor erã, quarũ monumẽta reliqui,
De nobis semper quæ documenta dabunt.
Non igitur vita defunctum dicito lector,
Sed nunc me natum cum Libitina tenet.

Francisci Crauenueldi, Cen ton Homericus.

Ω πάτερ ἡμέτερε κρονίδη ὔπατε κρειόντων.
Ὡς ἀπολῇ μαρτῖνος ἐμὸς. μέγα κῦδος ὀλάνδων
Δώρπῖθ', ὃν μοῦσαι ἔτρεφον κατὰ δώματα καλὰ
Ἀμβροσίην & νέκταρ ὀωάσαντες ἐνὶ οἴκῳ,
Θήσεθ' ἀθάνατος, & ἀγήραος ἤματα πάντα
Ἀξῖος ἦν, ὁ δὲ Λωξανίην ἐκατώρθατο μοῦσαν.
Ὡς δὲ λόγων θείων πεφνυμένος, οὐδέτι θυμὸς
Μάταιος, τὸν θεσπέσιος ἐδίδασκεν ἀπόλλων.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ΕΡΙΤΑΦΗΙΑ.

Θάῤῥ ομεμ ἀχνύμενοι θαλερὸμ κατὰ δάκρυ χέοντες.
Τύμβομ χεύαντες, καὶ ἐπὶ σήλην ἐρύσαντες
Δεινὴμ ἀκροτάτῳ τύμβῳ γράψαντες ἀοιδήμ,
Ἀλλὰ τίμ νῦμ σῖδαρὴμ κλάιειμ ὥροσφῖλὸν ἀνάγκην.
Σῶμα μόνομ φθαρτὸμ, τὰ δ' ὀλύμπῖα δώματα νάιει
Ἡ ψυχὴ, μακαροῖσῖ φίλη μῖχθεῖσα θεοῖσῖ.

Verſum ab eodem.

O pater altitonãs, princeps iuſtiſſime regum.
Vt perijt Martinus, magnum ſidus Holandis
Dorpius, ille domi muſis nutritus alumnus,
Ambroſiam nectárq; bibens, digniſſimus ille
Immortalis, & haud tamẽ vnq; ætate feneſcẽs
Viuere, Louaniam correxit carmine muſam.
O quàm diuino ſapiens, ſermone fluebat,
Quãq; nihil vani, docuit quẽ magnus Apollo.
Hunc tamen extulimus, lachrymisq; per ora ſubortis
Rorantes tumulum, ſuperimpoſitáq; colũna.
Triſte ſup ſummũ carmẽ funebre ſepulchrũ
Scripſimus, at rigidũ quid ꝑdeſt plãgere fatũ,
Solum corpus obit, ſed ſidera, ſpiritus expers
Criminis, & diuis chariſſimus vſq; tenebit,

Eraſmi Rot. Epitaphium in mortem Martini Dorpij.

Martinus vbi terras reliquit Dorpius,
Suum orba partum flet parens Hollandia,

Theologus ordo luget extinctum decus,
Triſtes Camœne,candidis cum Gratijs.
Tantum patronum lachrymis deſiderant,
Louanienſis omnis opplorans ſchola.
Sidus ſuum requirit,ô mors,inquiens,
Crudelis,atrox,ſæua,iniqua & inuida,
Itan' ante tempus floridam arborem ſecans,
Tot dotibus,tot ſpebus orbas,omnium
Suſpenſa vota?premite voces impias,
Non perijt ille,vicit ac dotes ſuas
Nunc tuto habet,ſubductus æuo peſſimo.
Sors noſtra flenda eſt,gratulandũ eſt Dorpio.
Hæc terra ſeruat mentis hoſpitium piæ,
Corpuſculum,Quod ad canoræ buccinæ
Vocem,reſignans optima reddet fide.

QVERIMONIA DE OBITV IMMATVRO doctiſſimi facũdiſſimíq; viri Martini Dorpij per Adrianũ Barlandum.

VIctrix quondã luxit ademptũ ſibi Roma Ciceronem. Luxit ademptũ ſibi nobilis Mantua Virgiliũ. Hæc poetã inclytũ, oratorem illa præſtantiſſimũ. At Louanium luget ereptum ſibi lumen & ornamentũ vnicum Martinum Dorpium,hunc & poetam & oratorẽ & incõparabilem Theologum.O ſęua,ô fata inuida, ô inuida fata,cur tantũ virum Neſtoreis annis,longiſſima vita digniſſimũ,huic vrbi,imò

orbi tam iuuenem ademistis? Hic primus in hac schola, in hoc emporio disciplinarum iacentes excitauit literas. Primus in hoc Musarum domicilio amœnissimo iuuentutẽ docuit Plautina, Terentianáq; verba sonare. Primus tricas expulit sophisticas. Inde quũ iam annos aliquot magna cũ laude pubem instituisset Lilianã, ad diuinæ sapientiæ scholam accedens, breui hic ita ꝓmouit, vt inter suos & hos magno atq; excellenti ingenio viros, vnus admirationi esset omnibus. Quo vero tempore est huic Louanienſis scholæ credita dictatura, rebus etiam domestica discordia turbulentissimis, ita præfuit, ita vigilauit, ita attente & alacriter publicũ egit negocium, vt nemo nõ eũ optaret dictatorẽ perpetuũ. Nusquã nõ audirentur eæ voces: Dorpius viuat vnica nobiliũ virorũ gloria. Vnicũ florẽtis decus Louanij. O sæua sæua, ô fata iuuida, inuida fata, cur tantũ virũ Nestoreis annis lõgissima vita digniſſimũ huic vrbi, imò orbi tam iuuenem ademistis? Desijt inter homines esse hic vir eximius. Anno virginei partus M. D. XXV. Pridie Caleñ. Iunias. Sepultus in cœnobio Cartusianorum.

Epitaphium Martini Dorp. Lodouico Viuete Valentino authore.

Resiste viator, Saxum hoc magni illius continet cineres Dorpij. Quem nuper iuuenem terris mors eripuit, digna enim cælo, indigna huius temporis plus quàm ferrei tumultibus mens viri fuit.

Eiusdem.

Tu quidem properas viator, sed nos abs te exiguã morulam poscim⁹, tua ne magis causa, an nostra, vbi hæc cognoueris, cẽseto, Martinum Dorpium Theologum (Qui sic vixit, vt terra esset eo indigna, sic mortu⁹ est, vt cælum videretur illum terris inuidere) mors superûm ministra, mortalibus eripuit, immortalib⁹ reddidit. Animã tulit deus, carnẽ morbus, ossa nobis ad solatium relicta, nos hic cõdidimus, Amicis talem mortẽ precamur, inimicis, ne quid dicamus parum Christiane, talem vitam. Ecquid te pœnitet rem tãtam cognosse. Vale & viue.

Martini Dorpij epitaphium per Germanum Brixium.

Dorpius effertur, fatum hoc lugete sodales,
Quos Sophiæ oblectãt dogmata vera sacræ.
Vn⁹ enim hic studijs vestris, dũ vixit honorẽ
Et tulit, & lumen mortuus vsq; feret.
Lugete & quoscunq; nouem voluere sorores
Sacra Caballino proluere ora lacu.
Idem etenim studijs vestris sic fauit, vt illum
Et viuũ coleret vester ERASMVS honos,
Et modo defuncto pius ipse parentet, amicos
Et quoscunq; rogat, fungier officio,
Quorũ inter varios quæst⁹, hoc Brixius vrnã
Signabat mœrens carmine Dorpiada.
Dorpius hic sit⁹ est, Batauis qui nat⁹ in agris,
Doctrinæ Latiæ calluit omne genus.

M. Allardi Amstelredami in mortem Martini Dorpij ἐπικήδιον.

Martinus ille Dorpius, ille Dorpius,
Cunctis abundans dotibus, quum corporis,
Tum mentis, incertisq; fortunæ bonis,
Grauiter diu tentatus Ictero nigro,
Ictis & hauſtis mordicus præcordijs,
Virides per annos, integer æui concidit,
Martinus ille Dorpius, ille Dorpius,
Hollandiæ decus, decus Germaniæ,
Atq; adeo columen orbis, orbis maximum
Miraculum, rarumq; item ſpectaculum.
Decus illud orbis, atq; præſidium vnicum
Et litterarum & litteratorum omnium,
Linguæq; vindex triplicis perſtrenuus,
Eximius ille mentis interpres ſacræ,
Nouæq; legis gratiæ præco vigil.
Gnauus ſibi concrediti paſtor gregis,
Dulciq; vitæ pabulo paſcens oues,
Ducens, reducens, ne rapax voret lupus,
Tum Chriſtianæ ſplendidum modeſtiæ
Columen, benignus, integer ac abſtemius,
Alumnus omnis pacis & concordiæ.
Tum Chriſtianiſmum referens puriſſimum
Candore vitæ, moribus integerrimis,
Turbæ fuga, domeſtico ſilentio,
Amore recti, charitate proximi,
Frugalitate, iugibus liturgijs,
Seraq; noctis lucubratiunculis.
Aetate rebus lubrica Veneris malæ

Et Bacchicis nunquam vacans,aut obſequens,
Pudore cœlebs virgineo ſemper manens,
Teneris ab annis litteras doctus bonas,
Triplici valens lingua,valens facundia,
Bonaq́ mente iudicióq́ acerrimo,
Lepidus poeta,rhetor haud inelegans,
Et pauca multis,multa paucis diſſerens,
Numeróque dicens,opus vbi eſſet dicere.
Studijs honeſtis ſemper impenſiſſime
Fauens,eorûmque excolens antiſtites.
Feſtiuiter,falſéve dictis plurimum
Gaudẽs: iocóſq́ ſed ingenuos referens libẽs,
Vehemens in iram,cætera prorſus candidus.
Martinus ille Dorpius,ille Dorpius
Virides per annos,integer æui concidit.
Qui ſermo,quæ præcepta,quæ recondita
Antiquitatis huic fuit peritia?
Veteres ad vnguẽ õnes tenebat Theologos.
Idem palæſtræ nec rudis ſcholaſticæ,
Lacinioſis diſputatiunculis,
Simul ad periclûm ingenij deſcenderet.
Superi dediſſe ſat videntur hunc virum,
Vt alter eſſet Mercurius,reconditis
In rebus interpres,fidelis,ac ſagax,
Cuius ſagaci ingenio,& admirabili
Sagacitati,& auſpicijs dexterrimis
Quum Liliano præfuit Collegio,
Louanienſis debet huic Academia.
Primum quòd illic maxima cum gloria
Bonæ docentur literæ,quas omnium
Primus ſepultas excitat,primus colit,

Primus iuuentam plurima cum gratia
Terentianas perdocet comœdias.
Atq; hinc profectum prædicant quod vndiq;
Quocunq; te deflexeris, iam Græcula
Recantet Echo, quod sacræ abditissima
Linguæ silenter prodeunt mysteria,
Asserere sese studia pergunt optima,
Bonis & amplis passim ouant stipendijs.
Quod mille seclis exulans incognita,
Contaminata, sordidata, & obruta
Tum captiunclis, tum gryphis sophisticis,
Glossematis, & quæstiunclis friuolis,
Ne dicam ineptis, frigidis & impijs,
Vetus illa tandem redijt & Theologia,
Quam pro virili Dorpius primus docet,
Feliciterq; plurimi inde edisserunt.
Spartámq; nactus hanc adornauit probe,
Pro dignitate se gerens prouinciæ,
Quam cum decore plus satis prouexerit.
Mirúmq; dictu, Euangelion vt maximo
Ardore semper docuit, ac vixit, quibus
Legit subinde plausibus Paulum, quibus
Instruxit illum scholiolis verè aureis!
Proinde semper vnice charus fuit
Tantúmq; amatus, nemo quãtum amabitur,
Magno illi ERASMO, siue quod iunctissima
Fuit necessitudo, siue quòd fuit
Commune studium, siue quòd medijs scholis
Erasmianam prædicauit gloriam.
Studium, laborem, industriam, modestiam,
Integritatem, animiq; dotes cæteras.

Tum litteratis,tum probis,tum candidis
Semper fauẽs, ſemperq; præſto erat omnib9,
Opem benigne ſuggerens pauperculis,
Studio occupatis opificióve deditis,
Nec ocioſos eſſe ſuſtinens ſuos,
Subinde honeſtis occupat negocijs.
Amatus omnibus,omnibusq; amabilis,
Prẹter loquaci quàm gregi ſophiſtico,
Et rabulis forenſibus,quibus fuit,
Vt eſſe par eſt,ſemper infeſtiſſimus,
Lacinioſos nil morans ſermunculos,
Cui grata ſemper ſimplicitas,ſed improba
Loquacitas nunquam viro cordi fuit.
Qui ſemper hoc ſibi crederet negocij
Dari,vt Theologos luderet Sophiſticos,
Peſtem bonarum litterarum peſſimam:
Varijsq; libris æditis inceſſeret:
Palamq; falſis defricaret ſcommatis.
Hic animus vſq; hic vnicus fuit ſcopus,
Hæc ſũma cura, hæc propria ſemper fũctio,
Bonas vt horas collocaret non male,
Nullius,æque ac temporis parcus,rei.
Nimio proinde ſe ſtudio ſacro ferè
Conficeret,imò funditus ſe perderet:
Cõmodus vt eſſet omnibus,haud incõmod9.
Ne quem ſuis depingeret coloribus:
Aſpergerétve quempiam labecula:
Traducerétve nominatim quempiam:
Licet impudenter prouocarent ſæpius:
Rubiginoſis roderéntq; dentibus.
Lippi,φίλαυτοι,putidi,moroſuli,

Trucibus notandi iure Iambis optimo.
Homines malignos esse credas forsitan.
Ego esse miseros puto, quibus nemo placet.
Casus per omnes omnibus vsq; exercitus
Malis, & aduersis, patiens semper tulit:
Tuam vsq; præstans Socrates constantiam,
Prudentiámq; simplicem præ se gerens.
Vulgo laborans de secus meritis, bene
Semper mereri, & pro malis bona reddere.
Non arcuato scorpionis vulnere,
Mordens lacessens, conficiens, & enecans.
Contentionis abstinens, & litium.
Omnes in hoc neruos, & omnem industriam
Tendens, & adhibens, cõtrahens & explicãs,
Facies in omnes versus, anxiéq; omnibus
Studuit modis, vti nouas tragœdias,
Rabidos tumultus, atq; conflictus truces
Per litterarum hostes bonarum pessimos
Subinde motos, maximo discrimine
Sedaret, ac mox suauiter componeret,
Studijs vt omnes viuerent concordibus,
Omnésq; pace degerent gratissima,
Suóq; quisq; Marte satageret probe,
Peregrina, varia, vana, ficta, friuola,
Contentiosa ac pestilentia dogmata
Explosa sanctos per patres olim, quibus
Vbiq; vulgus imperitum fluctuat:
Itidem vt venena exhorruit præsentia:
Scriptis libellis plurimis doctissimis,
Adeo refarciens eosdem flosculis,
Salibus, lepore, schematis, sententijs,

Vt hæsites primum quid admirere ibi,
Fucata contra dogmata,quæ nunc omnium
Rudium(quibus procliue sit diuendere
Fumum,affricare & pestilens contagium)
Obambulãt,& iactitantur per manus,
Domus,tabernas,fora,scholas,conclauia
Mox editurus syluulas perfertiles,
Quas iam diu multúmq; perpoliuerat:
Sed morte rapta præcoqua illa industria,
Solidæq; sitiens gloriæ,& famæ bonæ:
Conatus ille non satis feliciter
Cessit,quod omnes nunc ferunt ægerrime,
Omnisq; doctorum omnium dolet chorus,
Mœstum parans epicedium carmen viro.
Extincta siquidem est illa sanctimonia,
Indignus orbis qua fuit corruptior,
Et illa vitæ integritas,quam non male
Deus inuidere visus est mortalibus,
Coniuncta virtuti illa fortuna vberi,
Acumen illud,illud ingenium sagax,
Dignum quod omni permanere seculo,
Sed cesso plura conqueri,vnum te monens.

EPITAPHIVM.

Licet viator concito properes gradu,
Tamẽ hoc amice te precor,quũ hàc cõmeas
Tantisper hæredum,quod est suauissimum,
Gratissimúmq; ijs,qui sepulchro indormiũt,
Nec adhuc quietis sunt recepti sedibus,
Sed vsq; & vsq; in igne purgatorio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

EPITAHPIA.

Nunc vetera non ſat hic piata crimina,
Confeſſa myſtis,& remiſſa,cæterum
Soluta nondum,vt ipſa poſtulat æquitas,
Grauis & priorum lerna poſcit criminum,
Cruciatibus non ęſtimandis expiant,
Animæ ſepulti hic Dorpij puriſſimis
Patrocineris precibus,ac refrigeres,
Deoq́ꝫ commendes,vt huic ſic omnibus
Vbicunqꝫ putri conquieſcunt in cauo,
Senſimq́ꝫ edacibus vorantur vermibus,
Lucem quietémqꝫ annuat fidelibus.

ALIVD EIVSDEM.

Ecce ſacræ columen ſcripturę Dorpius olim,
Iam cinis eſt, & de tam magno corpore reſtat
Neſcio qd paruã quod nõ bene cõpleat vrnã.
Aſt viuit totum quæ fama perambulat orbẽ,
Et nullũ moritura vigẽt monumẽta per ęuũ,
Nulla dies vnq̃ libros memori eximet æuo,
Sẽper enim ſcriptis, ſemp celebrabitur actis,
Semper erit vere viuax,expérſqꝫ pericli
Gloria,doctorũ celebranda per ora virorum,
Quẽ prior eſt mirata, ſequẽs mirabitur ętas.

MALLARDVS SCRIBEBAT.

RODOLPHI AGRICOLAE PHRISII oratio in laudem Matthiæ Richili.

PRæclari quidem, sed grauissimi mun⁹ laboris, magnifice rector, vósque præstantissimi patres in præsentia me video sustinere: In quo quod optandum præcipue dicturo fuit, neq; copiam de amplissimis, neq; fidẽ de vulgatissimis rebus verba facturus desiderarem, verũ hoc quod impleuisse summam mei voti videbatur, vel maxime nunc me premit ac vrget, quum enim hãc hominum cuiusq; cõditionis, ordinis atq; ætatis ornatissimorum doctissimorúmq; frequentiam, quam hic circumfusam videtis, intueor, intelligo tantã esse Matthię Richili Rectoris designati, támq; diffusã gloriæ opinionem, vt, quoniam neq; pro dignitate sua, neq; pro vestra expectatione ipsam possim æquare dicendo, verear ne laudibus suis, quas augere debeo, nõnihil angustijs orationis meæ videatur esse detractũ. Quid nãq; par, quid dignũ tantæ eruditioni, tantæ humanitati, tantæ in omni genere virtutis excellentiæ vel eloqui possum vel cogitare? Quid præterea nouum afferre aut inauditum, quod nõ potius explo-ratũ vobis sit, atq; perspectum in vita, præsertim hominis, qui quantus est, iam annũ intra complexũ, vt ita dicã, vestrũ est, ea cũ dignitate versatus, & tanto ardore ad ornãdũ eum

ſtudia conſenſerunt veſtra, vt credam honeſtiſſimum veſtrum illud de eo iudicium debere vel in præcipua laudum ſuarum parte numerari? Virtutes igitur ipſius, quarum iampridem in oculos omniũ ſplendor incurrit, quia quo minus aperire poſſemus illę occuparunt: conabimur tamen vtcunque dabitur recenſere. Iuuat enim ipſum ſibi oſtẽdere, atque præterito ex vitæ tẽpore pulcherime peracto ad reliquam futuræ ætatis exiſtimationem tuendam, paribus colendam ſtudij adhortari. Iuuat quoque gratulari & diligentiæ veſtræ, quę talem vobis præficiendum putaſtis, & felicitati, quibus talis oblatus eſt quem præficere poſſetis. Me vero, ſi quid tanta in re licet indulgere, ante omnia iuuat, pulchro ſplendidiſſimarum rerum tractatu animum meũ & cui monitis his opus eſt, ad optimas artes excitare. Equidem quum Matthiæ affluentiſſimas opes, quum ingenium, corporis & animi decus, quum ſuauiſſimos ipſe mecum mores reuoluo, profecto is eſſe mihi videtur, in quo fortunam cum natura, cúmque ambabus virtutem, tres potentiſſimas rerũ dominas contendiſſe credam, cuius ipſarum potiſſimum beneficij gratia teneretur, aut quę pleniorib⁹ ipſum muneribus manúque largiore cumularet. Cumularunt certe, & quæque eſt officio ſuo functa, nec cui plus debeat facile diſcreueris. Si quidem haud dubie virtus ipſa plurimum debet, qui reliquarum blandiſſimis delinimentis,

quæ ſeuera quoq; ingenia ſolent auferre, præteritis, ſolam dignã, quam omni opera, omni cura ſequeretur & expeteret, exiſtimauit. Hoc vero ad optima tendenti ſibi in primis feliciter obuenit, vt non exteris monitionibus egeret, nõ à longa vetuſtate repetitis, nõ per ignotas quæſitis gentes, opus haberet exemplis: domeſtica gloria maiorúmq; ſuorum ad omnia honeſta ductu, facile contentus, quamcunq; vitæ partem ſequi, vndecunq; erumpere & ingenij ſui lumen proferre voluiſſet. Qua in parte tranſeam tot auorũ, proauorúmq; laudes. Neq; enim mediocri quiſquã oratione poſſet eas explicare, & vt perueniam aliquando quò hæc oratio noſtra feſtinat, ipſe mihi per proximos quoſq; gradus eſt apprehẽdendus. Vt autem à proximis ordiamur, offerunt ſe nobis viri duo equeſtris ordinis Ioannes & Henricus Richili, prudentiſſimi domi, militiæ ſtrenuiſſimi patrui huius Matthiæ. Quorum hic, Henricum dico, ſereniſſimi maximiq; Imperatoris Frederici aulã multis ſequutus annis: ea tempeſtate quũ imperator ipſe ad vrbem Coronæ regiæ accipiendæ cauſa proficiſceretur, palatij ipſius fuit præfectus, Alter Sigiſmundi ducis Auſtriæ nobiliſſimi viri, patriſq; ſui clientelam ſumma cũ laude obiuit. Ambo fide preſtãtes pacis belliq; artibus clari, tantũ apud principes ſuos decus ſunt aſſequuti, vt nõ moderatione inter ſequunda, non prudẽtia inter ancipitia, non robore inter aduerſa quiſquam

par ipsis haberetur. Iam vero Andreas Richi lus pater istius, deus bone qualis vir, quanta in eo eruditio, quę virtus? Qui medicas amplexus artes, quantum sibi ex illis opinionis pararit, vel hinc arbitror facile liquere q̄ in sacro Constantiensi conuentu, iussus sit à Cæsare Æneas Siluius doctoratus illum insignibus ornare. Idem Æneæ ipsius, id est Pij, quum Papa esset, idem Pauli quoq̄, idem Cęsaris inuictissimi medicus. Hunc omnes propè superioris Germanię principes velut prędidiũ quoddã & numen vitæ salutisq̄ suæ colũt atq̄ veneran tur, vt quod de eloquentissimo viro legimus, huic non incommode tribuerit quisquam esse sibi par orbi terrarũ ingenium, quippe cuius curæ, cuius tutelæ summa se diuinarũ humanarúmq̄ rerũ cõmiserit potestas. Quod si id quoque putarem ad laudes præstantissimi viri pertinere, & diuitijs rerum vilissimæ parti in humanæ societatẽ glorię irreperẽ liceret: com memorare possum domũ paternis opibus aui tisq̄ fundatam, Præter hęc ob summam erga principes viros obseruantiam maximis beneficijs auctam, pro vnius morbi nonnunq̄ depulso periculo mille aureos ampliúsve numeratos. Sed quid deesse sibi in tanta Imperatoris gratia posset? quam prędipue ex armorum insignibus, quæ sibi contulit, licet intueri: vt ipsum in decus familiæq̄ ornamentum, quantum proxime potuit, sit adiũxisse visus. Verũ nõ est mihi vir clarus ita laudãdus, & ille qui-

dem fluxa hæc esse nouit, atq; sicut nõ esse fu gienda, quũ se offerãt: ita nec quũ habeas ma gnopere amplectenda: quúmq; voluerint ab» ire, in fortunæ sinus, vnde sunt profecta rege renda. Quid Georgium dicã fratrem Matthię iuris ciuilis pontificijq; doctorẽ peritissimũ? Cuius si ingenij magnitudinẽ, si præstantiam eruditionis, si admirabilẽ æqui bonique curam exequi parem,, fieri non posset, vt eò quo ten dimus, perueniret oratio. Quinetiã properan ti mihi cunctáq; retinacula rumpenti, manũ inicijcit prensátq; Clemens frater istius alter, neq; sinit vt sua se laude fraudem: Iuuenis eo decore, ea suauitate atq; gratia, vt inter primos cubicularios Cæsaris habeatur, eiq; gratus in primis vnicéq; dilectus. Hæc quidem velut si» gna sunt pauca de multis, quibus ducibus tam domi suæ tritum Herculis illud biuium Mat» thias noster ingressus, plenũ laboris, plenum sudoris, ad virtutis iter, per aspera obstantiáq; cuncta prorumpens, mollem illam viam blan dissimósq; pandentem sinus , reliquit, spreuit effugit. Quúmq; sciret nobilitatẽ, cęteráq; ge neris decora (vt sapiẽtes authores tradiderũt) si per se cõsideres, ad titulos magis q̃ ad rem pertinere totis (vt aiũt) neruis cõtendendum statuit, vt & ipse q̃ digniſſimus his, & hæc ipso q̃ digniſſima viderẽtur. Igitur quũ puerilibus studijs excessisset, possétq; per ętatem animus concipere maiora, Imperatoriæ primum aulę fuit illatus: quódque longissimis alij assequun»

tur meritis,id quoq; vltro est ei concessum,vt ministerio cubiculi Principis adhiberetur,prima adolescentiæ rudimẽta in regia orbis terrarum, vt maxima sicq; sanctissima, poneret: atq; à tenero disceret nihil sine virtute magnum parari, contrà vero cum ea,recta cuncta sperari. Ibi rebus omnibus, omnibúsque studijs,quæ non modo ad ætatis illius cõmendationem,sed ad egregiam etiam futuræ gloriæ spem pertinẽt incredibile dictu quantam beneuolentiam,quam gratiã,quæ studia,circa se omniũ excitarit. Nemo adeò fuit qui dubitaret,si arma sequi,militiámq;, quemadmodum facturus putabatur,tractare cœpisset, futurũ, vt quantũ sibi dignitatis ex mitioribus his atque proinde melioribus artibus accessit,tantũ splendoris famæq; ex illis esset additurus. Rerum nanq; natura sic est. Proferunt se maturius magnarũ rerum exordia,sicut & territura nos tonitrua densis adhuc septa nubibus, horridius fremũt:sic versura in se mentes hominum oculósq; virtus pleniore statim gradu ad id tendit,ad quod omnes eã aliquãdo peruenire potuisse mirentur. Postea vero animũ ad priora studia reflectens,quũ sibi persuasisset eruditioni cuncta doctrinę quæ posthaben da,missione rursus accepta,toto se ad philoso phiam impetu vertit, & quod intercapedinis à studijs fecerat,nõ modo nihil abstulisse, sed nouos velut stimulos alacriores quæ vires colligisse crederetur. Viennam ergo vrbẽ totius

Germaniæ ſtudijs clariſſimam profectus, breui, audiendo, diſſerendo, meditando, eam de ſe præbuit opinionem, vt & liberalium artium doctiſſimus haberetur, & omnium conſenſu fieret doctor. Hic autem vt patris ſui, ſic vt bonorũ, ita & gloriæ eſſet hæres, néve in tã præſtanti familia vllum ſine exemplo decus maneret, quum diu ſecum multúmq; reputaſſet qua potiſſimum ſe via tolleret humo, caputq; inſereret aſtris, tandẽ ſedit in animo medicinam velle complecti, cuius diſcendę cauſa doctiſſimam hanc petens vrbem, ea modeſtia, grauitate, dignitate ſe geſſit, quam ſemper in eo vidiſtis, quámq; tam præclaro, tam egregio donãdum munere cenſuiſtis. Vnde igitur ordiar? quod initium ſumam? quámve primam laudem ipſius attingã? Honeſtiſſimámne doctoris gratiam commemorem? firmiſſimũ robur dicam? trãquilliſſimam valetudinem narrem? Notiora ſũt hæc quàm vt eis quicquam à nobis dicendo poſſit laudis afferri, & quæ oculis malo veſtris, quàm prædicanti mihi credatis: Tũ q; hæc quæ apud nonnullos populos naturæ benignitate habentur, in Germano (vt magnis eſt authoribus viſum) ſuperiore præſertim, vt ipſe me blãdius tractem, ius ſunt potius naturæ q̃ mun⁹ ipſius. Quid maximam ingenij vim, quid ſummã exequar doctrinã? Quantus in dialecticis, quãtus in phyſicis ſit diſſerendo, ſæpe ipſum audiendo, cõtráq; dicendo eſtis experti. Nam facundiam

quam(vt verum fatear)in ipso ne magnopere suspicabar quidem, tantam in eo,cum nuper apud illustrissimũ Principem diceret, expertus sum,quanta nõ modo in homine aliarum artiũ detento studijs esse posset, sed quãta in multis,quorum hæc sola cura esse solet. Austistis eam quoq; doctrinæ partem,quę rationem tradens bene viuendi,mores hominũ mentésq; ad optima instituit ac format , quis non planè fateatur hanc ita in animo tenere defixam,vt non didicisse,sed natus ad eam videri possit? Excute quęso verum. Considera in tanta erga ipsum fortunę benignitate summã continentiam, Inter tam varia hominum ingenia omnibus acceptam, in hac ætatis insolentissima parte,tantam moderationem. Vide constãtissimum inter difficilia,in magnis erectum,diligentissimum in minimis. Hæc quisquis perspexerit audeat dicere quicquam sibi eorum quæ ad præcepta pertinent bonæ integræq; vitæ deesse ? Iam occurrit nutrix illa rerum humanarum & vnica salus medicina, quã,ne quid in futurã expectationẽ sui minimam, promittere malo q̃ laudare . Audietis, quotidie licebit intereſſe,cõgredi quoq; & experiri licebit. Cognoscetis hominẽ qui vestræ per omnia satisfaciat opinioni,spem,quinetiã omniũ desideria superabit. Tũ scietis verum hoc esse,honestas artes quocũq; se flexerint cumulo rapi,& sicut arbusta quędam quæ tenebris inclusa,vbicũq; patuit cælũ toto se porri-

gũt trũco: Ita virtutẽ quũ bona fide animo se naturæ felicioris immerſit, vno velut tractu re liqua ſecum ſtudia præclara proferre. Gaudeo me Hercule, atq; ſi quid mihi creditis, & hu ius noſtræ nationis, & veſtro in primis nomi ne triũpho, tam felicia mihi cuncta, tam fau ſta propono. Quid enim hoc rectore poterit eſſe aduerſi, ſi cũ virtute omnia ſequũda? Ne mo in illo quicquam incõſultum metuat, pru dentiſſimus eſt. Nemo inſolentiam animi co gitet, modeſtiſſimus eſt. Nemo iniuriã timeat, æquiſſimus eſt. Benemerentes ſua confirmabit humanitas, languidos excitabit induſtria, im probos ſeueritate compeſcet, videbitiſq; hanc remp. veſtram omnibus numeris perfectã, & ſi quando recte, nunc rectiſſime conſtitutam. Quod ſi quid longius proſpicio, non tantũ ſi bi vnius gratiam anni debebitis. Quicquid ab integritate primæ veſtræ inſtitutionis detra xit vetuſtas, reſtituet, purgabit quoque quã lõ ga negligentia partem vitia preſſerunt, eorũ qui hunc poſt ſe geſturi ſunt honorem men tes laudis virtutúmque ſuarum accendet ex emplo. Quis enim tam iacẽtis erit animi, quẽ non excitet? Quis tam frigide ignauus, quem non inflammet tantus gloriæ ſubiectus ſtimu lus? Fax tanti prælata fulgoris? Cõtinget hoc probitati ipſius pulcherrimũ, vt eadẽ opera ſe maiorẽ, meliores alios feciſſe dicatur. Ecquid ergo huius ornatiſſimi viri decus virtutéſque inclytas agnoſcitis? Agnoſcitis certe, atq; etiã

pridem agnouiſtis,quũ ſpecioſiſſimo ipſũ ma-
giſtratu , hóccꝫ Rectoris inſigni nomine di-
gnati fuiſtis. Quoniã id parum vobis videba-
tur,quod omnibus ante hac maximũ fuit,nec
ſatis putaſtis ſi ſolita,ſi vſitata acciperet:& ho
norem quem hoc anno ſibi ne ſperare quidẽ
licuiſſet,qui tantis precibus,tanto ambitu im-
petrari ſolet, vltro volentibus propẽſiſcꝫ ani-
mis obtuliſtis. Detraxiſtis vobis iura veſtra,ve
tuſtiſcꝫ priuelegijs ceſſiſtis, & ſeruatũ tot an-
nis morẽ,hæc(quæ omnia)virtus ſua perfre-
git. Laudãdus ipſe quòd hæc meruit, laudãdi
vos qui digna meritis eius præmia dediſtis. Iã
illuſtriſſimo principi noſtro Galeaceo Mariæ
viro,qui hoc noſtrum ſeculũ orbemcꝫ terrarũ
gloria geſtiſcꝫ rebus exornat, quã ſatis dignã
orationem comparẽ,prorſus ignoro. Pruden-
tiámne mirer? Vt qui in tanto beneficio tãm
diligenter proſpexit , vt id non niſi digniſſi-
mus haberet ? An magis benignitatem lau-
dem? Qui quum merita viri tanto honori pa-
ria vidit,precibus noſtris ſine cunctatione cõ
ceſſit. Sed quis illi laudando ſufficiet? Qui non
modo veterum laudes ſplendoremcꝫ prioris
ætatis,ſed ingenia laudantium viréſcꝫ ſupera-
rit. Te vero, Matthia præſtantiſſime, ſuper-
erat vt admonerẽ,atcꝫ ad colendam iuſtitiam
réſcꝫ amplificãdas tui ordinis hortarer,ſed to
tũ hoc ſuperuacuũ tua mihi integritas fecit.
Audeo te tibi monitorẽ dare,tuis cõſilijs,dili-
gentiꝙ,induſtriæ cõmittere. An ſcilicet ego ti-

meã vlla te parte arctiſſimã æquitatis regulã tranſiturum? Facturũ aliquid indignum te aut tuis moribus alienũ, néve ab honeſtiſſimis vitæ tuæ rationibus aberres? Vnde hic mihi metus? aut quid de te mihi non debeo polliceri? Qui me his omnibus pro te exhibeo ſponſorem, improbe petiero vt fidei meæ velis habere rationem. Perſuaſum enim mihi eſt, quum ego de aliena ſim ſolicitus laude, fieri nõ poſſe, vt tu quicquã de tua remittas. Vides ex cuius viri quàm integri, q̃ ornati manibus hunc ſuſcipias magiſtratum. Vides quanti muneris hi tuis humeris impoſuerint pondus, qui quũ omnia debere ſe tuis virtutibus voluerunt videri, tu certe omnia illorum beneficio debes. Vides quantopere tibi ſit illuſtriſſimi Principis dignitas tuenda, quanta enitendum cura vt ratio conſtet, & ſibi, quòd te alijs credidit præferendum, & tibi quòd res noui exempli & ante hac incognita in te ſit conſtituta. Vnũ eſt quo ſatiſfacere omnibus poſſis, vt tecũ ipſe certes contendáſq̃, quum priuatus cuncta rectiſſime geſſeris, ne à te in tãto poſitus honore vincaris. Vos autẽ quos omnes gaudentes alacréſq̃ totis hic animis adeſſe cerno, tam optatæ diei nobis hodie præſtate fructum lętũ, & eũ lętis feſtisq̃ vocibus cõcelebrate, extollite, ornate. Virtutes amate viri: fauete laudib9, colite dignitatẽ, & eum quẽ tantis ſtudijs, tanto cõſenſu, in hoc ordinis veſtri faſtigio collocaſtis, obſeruantia, diligentiáq̃ veſtra firmate,

fulcite: vt quemadmodum initũ vobis esse certamen, hinc vestrę beneuolentię, illinc virtutũ suarũ prospiciunt omnes, ita nemo sit qui cui victoria cesserit, prospicere possit. DIXI.

Hanc orationem forte nacti cæteris adiecimus, quod nihil sit eius viri, quamuis ex tempore, quamuis alieno stomacho scriptũ, quod non diuinitatem quandam præ se ferat. Quo magis admiror esse qui lucubrationes illi⁹ vel premant vel perire sinant. Aliquoties durius vtitur pronomine. Id quoniam sciebam librariorum incuria non esse commissum, mutare, nolui.

FINIS.

EX OFFICINA SIMONIS COLINAEI ANNO M. D. XXVIII. MENSE IVNIO.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hora pro dialogo de promiscua

Santa fuit apud vetores gros sono & promiscuationes discrimē vr & u facile discriminari posset, exemplo est Aristophanes qui in nubibꝰ eū no lubat nominat magistratus publicū cōmitio ni dedijt prosunde ac aperiat Pronupi filiū qui ind magistratus obtat aperiat voraut nostaneū vmꝰ litte indicd subtersu gōes

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

[illegible]

l. Seruitute uitendū imperat. [illegible] quicquid [illegible] dīn des pectior est [illegible] mihi selō: tan tomagis exactabitur in futō.

R. Serui hominum sūt q̄ hūma nis se subiciunt potestatib; hoc dic̄ q̄a in capite eplēre p̄hendit q̄d dicerent ego sū pauli

M. [illegible]

n̄ circumcidat. Circūcisio nihil ē. ꝯ p̄p̄ti tiū nihil ē. s̄ obseruatio mundaiorū dī. Vn̄ q̄sq̄ i q̄ uocatione uocat⁹ ē. i ea p̄mineat. Seruus uocat⁹ es. n̄ sit t̄ cure. s̄ ꝯ si potes lib̄ fieri. magis ūtē. Qui enī dn̄o uocat⁹ ē

p m
cate
nec
con
ū s

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf